



3 1761 07729842 0

178.

Dupel

1871

B. H. S. Pub.

Bibliothek Hung. Gauh. C. Bd. 8.

Brage

1877.
EVSEBII VERINI
COMMENTATIO IVRIDICA

CRITICA,
SEMINARIULUI DE DREPT CONSTITUTIONAL
UNIVERSITATEA CLUJ

209
~~HEREDITARIO~~
IVRE

SERENISSIMAE DOMVS
AVSTRIACAE

Caroli. IN APOSTOLICVM REGNVM *Bejersmarg*

HVNGARIAE,

DE

IVRE ELIGENDI REGEM,

QVOD


ORDINIBVS INCLITIS REGNI HVNGARIAE

QVONDAM COMPETEBAT

DE CORREGENTE, REGE IVNIORE,

ET DVCIBVS REGNIS,

QVOS OLIM HVNGARIA HABEBAT.



VIENNAE ET LIPSIAE,
APVD IOH. FRIDER. IAHN,

MDCCLXXI.

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY
1285 UNIVERSITY AVE. TORONTO, ONT. M5S 1A5

JN
1687
B46

1687
B46

LIBRARY
AUG 12 1970
UNIVERSITY OF TORONTO

M. N. MUZEUM
KÖNYV-
TÁRBÓL

ÁLLAMTULAJDON
M. N. MUZEUMI
SZÉCH. OSZ.
KÖNYVTÁRBÓL



LECTORI BENEVOLO SALVTEM.



Cum omni tempore, qui ius publicum ciuitatis alicuius, seu integrum, seu praecipuas eius partes, conscribere volebant, nihil ita salebrosum et periculosum esse iudicauerint, uti de principibus eorum iuribus et obligationibus, non nihil commemorare; non miraberis, Lector beneuole, sententiam hanc, eam inprimis ad potestatem, quam, in regno Apostolico, rex Hungariae habet, referre me peculiariter. Qui enim rerum in Hungaria, et quae ad eam olim pertinebant, prouinciis, gestarum, non prorsus sunt ignari, illis oppido constabit, paucos admodum, genti huic bellicosissimae, reges fuisse, qui Maiestatem suam, aduersus externos et domesticos hostes, fortiter et excellenter tueri potuissent. Complures illi, in regni sui ambitu deprehenderunt, qui, eam, totam quantam, sacrilega quadam audacia, depressam, prostratam et conculcatam esse volebant. Faciebant vero hoc in primis proceres nonnulli, qui, rebus praeclare gestis et fortunae benignioris adflatu, insolentiores redditi, sceptrum quoque prensare non sibi duxerunt religioni.

Parum profecto in ciuitatem Hungaricam inde redundabat commodi, quod ducibus regis tertiam amplissimi regni concesserint partem; sed longe adhuc minus, quod regum, quos iuniores vocare placuit, iura suis fere exaequauerint.



Inclinatis demum rebus Hungaricis, exterorum nonnullorum, in primis Transilvaniae Principum et Turcarum, qui eos in clientelam suam receperant, ambitio et auaritia tanta Maieitati regiae inflixerat vulnera, ut ea, nullis curis, labore et fatigiis, nulla providentia, ex integro hucdum curari potuerint: quod illi in primis, qui, cum recentioribus, antiquiora decreta, resque gestas Hungarorum, conferunt diligentius, docere queunt.

Longe tamen alias, qui, suis in scriptis, de iuribus regis et gentis Hungaricae agunt, de his loquuntur. Horum plerique, antiquioribus regum Hungariae decretis, multis scilicet obductis difficultatibus posthabitis, in recentioribus tantum quaerunt asylum, et, quid iuris potestatisque rex Apostolicus, in gentem Hungaricam habeat, olimque habuerit, ex illis, diligentia quadam inutili et erratica, eruere intendunt. Si quis, hoc adseueranti, conuiciatoris maculam inurere mihi voluerit, illi suasor sum, ut paucos illos auctores, qui status regni Hungariae publici notionem quandam, suis in scriptis suppeditare voluerunt, adeat, eosdem, paulo adtentius legat, relegat, et cum priscis regum Hungariae decretis et constitutionibus contendat. Vnum iure excipio Beatum Wiedemann, qui, paruo alias, molem si respicias, anno 1527. ex actis publicis et tabulis foederum, erudite conscripto libello, longe plus praestitit, quam, vel nuper Ioannes Kemény commentatione proluxa historico iuridica de iure succedendi Serenissimae Domus Austriacae in regnum Hungariae, vel alii etiam, qui idem argumentum, hoc et superiori saeculo, pertractandum sibi proposuerant.



Ne ergo eundem in labyrinthum inextricabilem, in quem complures alii, imprudens me darem praecipitem, primos ad fontes scaturiginesque Lectores meos deducendos, ex illisque Maiestatem regum nostrorum, ita quidem, ac, si, qualis ea, nostro et superiori saeculo fuerit, penitus ignorarem, eruendam esse existimo. Eaque de causa, primum et ante omnia, Maiestatem, qua duces Hungariae ante S. Stephanum regem inclarauerant, dispicio. Facio vero id propterea, ut eo euidentius ostendere possim, quid primus ille rex Hungariae gentis S. Stephanus, iuris et potestatis, in Hungariam, ante coronationem habuerit, quid dein per eam sit consecutus, quae fata, quas vicissitudines, reges, quos, post eum, Hungari sunt consecuti, experti fuerint.

Ceterum, dum capite III. adseuero, Toxum, diui Stephani auum, omnium fere Hungariae regum factorem esse, vereor, ne ab Hungaris, illis in primis, quos, qua cognatione Sigismundus imperator et rex cum Bela IV. fuerit copulatus, fugit, deridendus esse videar. Sufficit, id genuinis ex documentis comprobari.

Fuere Hungaris, quod supra iam monui, praeter reges, duces etiam regii, et saeculum XIII. duos etiam reges iuniores genti illi dedit, de quibus, alium, apud eos, qui ius publicum regni Hungariae tractant, et de potestate regia commentantur, est silentium. Soli fere historici eorum meminerunt, quibus, quod, qualem potestatem, a rege, vel ordinibus, quibus de causis, acceperint, et, quid inde commodi, vel detrimenti, regnum Hungariae hauserit, non exa-



minent, condonandum esse puto. Neque enim consultum esse iudicatur, falcem alienam in messem immittere.

Corregentem, regno Apostolico, anno primum 1741. obtigisse, communis est eruditorum opinio. Si quid de partibus muneris eius, apud eos, qui statum regni Hungariae Apostolicum exposuere, quaerere volueris, oleum perdes et operam. Ego vero, pace tantorum virorum, gentem Hungaram, saeculis XIV. et XV. complures habuisse Corregentes, antiquis ex monumentis, satis euidenter ostendi, et discrimen, quod inter priscos hos, atque eos, quos, post sanctionis pragmaticae procurationem, Hungari sunt consecuti, obtinet, praetereundum esse non existimaui.

Regnum Hungariae, ciuitatem, quam electiuam vocant, a primordiis fuisse, et inter praecipuas regni Hungariae libertates, omnes propemodum, qui de his, memoriae non nihil prodidere, id referre, noctius est, quam ut hic prolixè exponatur. Ceterum, qui eandem ita comparatam esse existimant, ut, vel in arbitrato ordinum positum fuisse dicant, Principem, vnde cunq; ad clauum imperii deducere, vel vero ius succedendi in regno, solos ad masculos regum heredes restringere velint, illi sciant, se nihil in antiquis decretis et diplomatibus, quo opinionem suam fulcire possent, inuenturos. Concedebant quidem leges, prisca aetate, Hungaris, potestatem eligendi reges, at, non alios, quam qui regia ex familia fuere progenerati. Fuisse vero ius hoc agnatis peculiare, necdum, quod mihi constat, a quoquam eruditorum ostensum est. Mirare proinde Francisci II. Rakoczy, eius-




eiusque asseclarum insolentiam, qui, tumultuosis seditionibusque armis, ius eligendi regem Hungariae, tempore omnium alias iniquissimo, Leopoldo M. extrudere volebant. Nunquam id in Hungaria obtinebat, et, si admissum fuisset, regnum florentissimum, summum in discrimen adductum, praedaeque aliorum fuisset iterum obiectum. Moliebantur vero id, postquam ius succedendi, ad primogenitum, sapienti consilio regis, et quatuor regni ordinum, fuisset reuocatum, constabilitum, et limites regni, admiranda Leopoldi virtute insigniter prorogati fuere. Longe utiliorem patriae nauassent operam, si, de sanctione pragmatica, sub D. demum Carolo VI. procurata, condenda, consilia, iam ea tempestate, in commune contulissent.

Quantum autem ego, hac commentatione praestiterim, penes te, Lector beneuole, sit iudicium. Cui minimum, fere ad superstitionem, ne quid subreperet, quod non ex decretis regum et aliis genuinis documentis, probatum dari posset. Quod integra non adduxerim diplomata, feci id propterea, quod, qui, critica ad praecepta laborem hunc reuocare uoluerit, libris, in quibus ea deprehenduntur, vix ac ne vix quidem carere queat; qui vero obiter meditationem meam perlegerit, illi, fragmenta, quae adduco, satisfactura crediderim. Illud plane non desidero, ut quis mea in verba iuret, nec iniquo feram animo, si quis ostenderit, me, a vero aberauisse, et meliora edocuerit. Vale. Dab. Coronae anno 1769. die 30. Ianuarii.



INDICVLVS CAPITVM.

Cap. I.	<i>De ortu et incunabulis Monarchiae in Hungaria</i>	pag. 1
— II.	<i>De regia potestate, et iuribus cum ea copulatis</i>	18
— III.	<i>De iure hereditario Toxi, eiusque posterorum in regnum Hungaria</i>	58
— IV.	<i>De ducibus Hungariae</i>	70
— V.	<i>De rege iuniore</i>	83
— VI.	<i>De Corregentis potestate</i>	96
— VII.	<i>De iure hereditario Serenissimae gentis Habsburgicae Austriacae in Apostolicum regnum Hungariae</i>	122
— VIII.	<i>Quo ostenditur, quomodo Hungari a iure hereditario recedere, et qualem facultatem regem eligendi in regno Apostolico, aetate recentiori, introducere voluerint</i>	150
— IX.	<i>Quo ostenditur, quomodo ius eligendi penitus sublatum, ius hereditarium confirmatum, et per ius primogeniturae in ordinem iustum est reductum</i>	164
— X.	<i>Quo exponitur, quomodo ius hereditarium Serenissimae domus Austriacae per sanctionem pragmaticam accuratius est determinatum</i>	180





CAPVT I.

DE

ORTV ET INCVNABVLIS MONARCHIAE HVNGARICAE.

§. I.



Scopus praesentis instituti non permit-
tit, vt antiquissimas gentis illius,
quae saeculo ix. Turcarum, vt et
Hungarorum sub nomine inclaruerat, res gestas
exponam. Ordiam a saeculo ix. quo Hungari
celebre sibi comparauere nomen. Eo vero pe-
dibus manibusque in sententiam Constantini
vii. Porphyrogeniti, largiorque lubens, Hun-
garos, saeculo ix. septem, vel, si mauis impe-



ratorem nominatum sequi, octo in ciuitates diuisos fuisse a). Quaeuis ciuitas, peculiarem imperatorem exercitus, quem, voce exotica, Waivodam vocare placuit, habebat. Septem vero hae ciuitates Hungaricae foedere arctiori colligatae, communes amicos iuxta ac inimicos habebant b). Caue tamen inde concludas, Hungaros, nunquam antea vna in ciuitate vix-

a) *Augustus hic pereruditus*, rem hanc libro *de administrando imperio*, Cap. 38. ita exprimit: „erant gentes eorum (Turcarum) septem, et Principem, vel indigenam, vel alienigenam habuerunt nunquam, sed „erant inter se Boebodi quidam. Et Cap. 40. octo „hae Turcarum gentes principibus subiectae non sunt.“ Hungarici historici magna consensione perhibent, Hungaros, qui saeculo IX. in regione, quae hodie Hungaria vocatur, sedes posuerant, septem duces habuisse, et septem in ciuitates fuisse distributos. *Anonym. Be-lae R. Notar. Cap. 6. seqq. M. Ioann. Thurocz in Chron. Hungar. P. II. Cap. 2.*

b) „*Constantin. Porphyrog. Cap. 40.* octo hae Turcarum „gentes principibus subiectae non sunt, sed singulae, pro fluminibus, quibus distinguuntur, mutuo „inter se contractu statuerunt, quamcunque partem „bello infestari contigerit, ei communiter omni studio „et cura suppetias ferre. Idem Cap. 38. Et ante hunc „Arpadem, Turci Principem alium nullum habuerunt.“ Magna est inter ciuitates has, et septem eas, ex quibus foederatum constat Belgium, cognatio. Hae quoque perpetuo foedere sunt arctius colligatae, amicosque et inimicos communes, quod cuius notum est, habent.



xisse c). Qui, retrusa aetate, res gestas in commentaria retulere, admodum pauca, de Hungaris, quod dolemus, memoriae prodiderunt d).

§. II.

Constantinus Porphyrogen. auctor est, Hungaros, Lebedia primum inter Waivodas Hungariae locum tenente, vnam in ciuitatem coaluisse, summamque rerum, ad Arpadem, Salmutzi, seu Almi filium, detulisse. Sunt vero eo, consilio et auctoritate Principis Chazarorum, perducti e).

A 2

Pri-

c) Belgae omnes, ante duo, et quod excurrit, saecula, vnam constituebant ciuitatem. Postquam tamen pars eorum, a Philippo II. rege Hispaniarum, deficeret, et se ab Hispanorum imperio in plenam vindicaret libertatem, ex parte Belgicae ciuitatis, septem diuersae prodierunt ciuitates. Angli Saxones, septem etiam in ciuitates abiire, quae demum, aliquot post saecula, omnes in vnam communemque reductae sunt iterum ciuitatem, quod ex Anglicanis discas annalibus.

d) Qui scire cupit, quae in annalibus antiquissimis de Hungarorum maioribus occurrant, ille adeat *Deguinesium in histoire generale des Huns, des Turcs, des Mogols, et des autres Tartars Occidentaux* etc. et P. Georgii Pray *annal. Humorum, Auarum et Hungarorum P. III. p. 295. seqq.*

e) „Constantin. Porphyrog. Cap. 38. Paulo post Chaganus ille Chazariae Princeps, per legatos petiit a Turcis,



Primus hic Hungaricae gentis imperans, de-
uicto potentissimo alias Maharensium rege Zven-
tiboldo, Hungaros, eam in regionem, quae
demum Hungaria ab eis est denominata, de-
ducebat. Quam vero regionem armis occupa-
uerat, eam, aequa forte inter subditos suos par-
tiebatur *f*).

§. III.

„cis, ut ad se Chelandiam mittant primum eorum Boe-
„bodum. Itaque ad Chaganum Chazariae profectus
„Lebedias, interrogauit, quae illius vocandi causa es-
„set? Cui Caganus, ideo se eum vocasse, ut quan-
„doquidem nobilis, prudens, strenuus, primusque
„Turcarum esset, gentis suae Principem faceret, eo
„pacto, ut sibi subesset. At ille respondit, affectum
„tuum erga me et voluntatem exosculor, gratiasque
„dignas dico; quando vero tali Principatui non suffi-
„cio, parere non possum. Sed est alter a me Boebodus
„Salmutzes nomine, qui et filium habet, Arpadem
„nuncupatum. Horum, siue Salmutzes, siue filius eius
„Arpades Princeps fiat, tibi que sufficiatur. Placuit
„itaque haec oratio Chagano, virosque cum ipso ad
„Turcas misit, qui ubi cum iis sermonem communicaf-
„sent, visum potius fuit illis, Arpadem Principem con-
„stituire, quam patrem Salmutzem, utpote digniorem
„et prudentia, consilio ac fortitudine insignem, tali-
„que Principatui parem, quem etiam sollempni Cha-
„zarorum more ac consuetudine, in scuto erectum,
„Principem fecerunt.“ Conf. *Anon. Belae Reg. Notar.*
„*Cap. 11. et 12.*

f) Decus hoc annalium Hungaricorum confectores Almo
deferunt. *Anonym. Belae R. Notar. Cap. 12. M. Io-*
an.



§. III.

Primum hunc gentis validissimae monarcham, ducibus copiarum Hungaricarum potestatem, qua antea gaudebant, adseruisse, non est quod dubitem. Euenerit tamen id ea lege, ut, subditos eius se profiterentur, et omnia promitterent se obedienter ac fideliter facturos, quae scopus nouae huius ciuitatis deponcebat g).

§. IV.

Principio tractationis huius dispiciendum statim existimo, quam Hungari in Arpadem transulerint potestatem. Maiestatem eum a popularibus accepisse, certum est, sed qualem? plenamne, vel certas ad leges reuocatam? Plerique omnes iuris Hungarici doctores adseuerant, gentem Hungaricam, iura, quae, in Scholis, maiestatica vocamus, S. Stephano contulisse.

A 3

Aut

an. Thurocz P. II. Cap. 3. alii. Ego tamen Constantini Porphyrog. testimonium his anteponendum esse existimo.

g) „*Constant. Porphyrog. Cap. 40. habet quaeque gens peculiariam Principem, suntque Gylas et Carchas non nomina propria, sed dignitatis etc. Habent autem primum ducem exercitus Principem, e prosapia Arpadae, cum quo duo alii Gylas et Carchas, qui iudicium vicem obtinent.*“ *Anonym. Belae R. Notar. Cap. 13. et seqq. imprimis Cap. 53. 57.*



Aut enim me omnia fallunt, aut certum est, hos existimare, duces, quos Hungari ante sanctum regem, habuerant, exigua suos in populares poluisse potestate. Volunt hi sibi aliisque persuadere, Maiestatem, penes populum fuisse, duces primos, eam tantum, quae a populo, pro ratione temporum, eis adtribuebatur, exercuisse potestatem *h*). Quam tamen lubrico haec opinatio innitatur fundamento, facile probari potest. Num potestas talis, ad scopum illum, cuius causa in vnam septem alias ciuitates diuersae coaluerant, obtinendum et consequendam felicitatem suffecisset? Procul omni dubio, eam primum ad Monarcham suum detulerunt potestatem,

h) *Stephan. Werböcz*, quem, qua Antesignanum, Hungari sequuntur, *P. II. tit. 3. tripartiti* operis, ita rema tradit: „Vnde aduertendum, quod quamuis olim populus iste Hungarorum, dum adhuc ritu viueret gentilitium, et non regem, sed ducem, ac capitaneos haberet directores, OMNIS POTESTAS CONDENDAE LEGIS ET CONSTITVTIONES APVD EOS FVERIT. Verum, postea quam ad fidem Catholicam conuersi, et REGEM SPONTE SIBI ELEGERVNT, TAM CONDENDAE LEGIS, quam etiam cuiuslibet possessionariae collationis, atque omnis iudiciariae potestatis facultas, in iurisdictionem sacrae regni huius coronae, qua cuncti reges Hungariae coronari solent, et subsequenter PRINCIPEM AC REGEM NOSTRVM legitime constitutum simul CVM IMPERIO ET REGIMINE TRANSLATA EST.“



tem, qua summus Chazarorum Princeps gaudebat. Hanc vero, nullis limitibus, vel exiguis admodum, fuisse circumscriptam, nulla fere eget probatione. Qui enim in rebus gestis populorum, qui orientem accolebant, non profus est hospes, illi notum est, Principes, qui ex Asia prodierunt, cum alios, tum imprimis Hunnorum, summam arbitrariamque, suos in subditos, exercuisse potestatem i).

Si veterrima Hungarorum documenta examinaueris diligentius, vix te habuero repugnantem. Arpad, et posterius, qui eundem, in imperio, apud Hungaros, exceperunt, plurimas expugnarunt, suosque inter subditos partiti sunt, prouincias. Acceperunt plurimum ex eorum liberalitate Waivodae, post hos, Hungari nobiliores; magnam tamen partem prouinciarum, sua sub dominatione, suisque pro vsum, illi retinere. Quae vero subditis contulerunt bona, ab illis iura notabilia separarunt sibi que reseruarunt. Sales, aurum, argentum, cuprum, reliqua metalla, et quidquid pretiosi in terrae visce-

A 4

ri-

i) Turcae, Tartari, et alii populi, qui eisdem, quibus Hungari fati esse videntur parentibus, non alios, quam summa potestate praeditos, semper agnoscebant Principes. Elucet id ex recentioribus antiquisque orientis scriptoribus.



ribus solet deprehendi, id Monarcha sub sua retinuit dominatione.

Arpad, et successores eius in Monarchia Hungarica, bella pro arbitrato indicebant, gerebant, pace conficiebant, perferebant leges, legatos ad externos Principes expediebant, foederibusque se cum nonnullis gentibus, colligabant. Geysa, et filius eius Stephanus Christianam religionem amplectebantur, propagabant, episcopatus, praeposituras, abbatias, monasteria fundabant, amplissimos eis fundos et redditus adtribuentes. Non videbatur ad haec civium subditorumque consensus necessarius *k*).

§. V.

k) Leges in primis eos, qui Zoltani Toxique expeditiones adtigere. „*Aloldus de Peklarn* ad an. 955. 972. „*Anonym. Belae R. Notar. Cap. 15.* Et postea DVX „ARPAD, per gratiam suam, TOTAM TERRAM, cum „habitoribus suis, eidem Retel Afaturholmu vsque „ad fluuium Tulsova, CONDONAVIT, et non solum „haec, sed etiam maiora his condonavit, quia DVX „ARPAD, SVBIVGATA SIBI TOTA TERRA PANNO- „NIAE, pro fidelissimo seruitio suo eidem Retel dedit „terram magnam iuxta Danubium, vbi fluuius Wag „descendit. Idem Cap. 24. Et dum ibi diutius morarentur, tunc Tuhutum pater Horca, sicut erat vir „astutus, dum coepisset audire ab incolis bonitatem terrae Vltrafluvanae, vbi Geolui quidam Blacus dominium tenebat, coepit ad hoc anhelare, quodsi posses- „set,



§. V.

Quae cum ita sint comparata, non dubito adseuerare, Arpadem, summam apud Hungaros potestatem, pro se posterisque suis accepisse. Non vnum certe, quo id probatum dari potest,

A 5

oc-

„esset, PER GRATIAM DVCIS ARPAD, DOMINI SVI,
„TERRAM VLTRASILVANAM, sibi, et suis posteris,
„AQVIRERET, quod et factum est postea. *Ditmar. Mer-*
„*seburg.* histor. Lib. VII. huius (Stephani) pater
„(potius auus) DeiuX (lego Toxus) nomine, homo
„crudelis, multos subito furore occidens. Qui, (haec
„de Geyfa intelligo) cum Christianus efficeretur, in
„corroboratione fidei seruit, et antiquum scelus Zelo
„Dei aestuans abluit. Hic - variis deorum vanitatibus
„inferuiens, cum ab antistite suo, ob hoc argueretur,
„inquit, diuitiae mihi abundant, et ad haec agenda li-
„bera facultes et *ampla potestas*. Huc digitum videtur
„intendisse *Otto Frisingensis in vita* Friderici I. Lib. I.
„Cap. 31. omnes (Hungari) sic Principi suo obsequun-
„tur, vt vnusquisque, ne dicam manifestis illum con-
„tradictionibus exasperare, sed et occultis susurris la-
„cerare, nefas arbitretur. Hinc est, vt cum praedi-
„ctum regnum per 70. vel amplius diuisum sit comi-
„tatus, de omni iustitia, ad fiscum regium, duae lucrī
„partes cedant, tertia tantum comiti remaneat, nullus-
„que in tam spatioso ambitu, rege excepto, monetam
„vel telonium habere audeat. *Conf. Phil. Andr. Ol-*
„*denburger* thesauri rerum public. P. IV. p. 433. *Mi-*
„*chael Pancratius* in tractatu politico historico iuridico
„iuris publici regni Hungariae Sect. II. §. 7. seqq.“
receptam sequitur sententiam, et non nisi rempublicam
popularem, Hungaris, quamdiu septem duces, seu ca-
pi-



occurrit argumentum. Primum quidem Constantin. Porphyrogen. ita rem euenisse, recenset *l*). Deinde, ordo, quo se duces regesque Hungariae in imperio exceperunt, idem confirmat *m*). Et, cum Waivodatus, apud Hungaros, hereditarii fuerint *n*): quis dixerit, Arpadem, et reliquos Monarchas deterioris fuisse

pitaneos habebant, adtribuit. *Auctor. Specim. II. iuris publici Austriaci* Cap. II. §. I. adseuerat, formam regiminis Hungarici ante S. Stephanum, fuisse Aristocraticam, illud tamen non probat.

- l*) „De admin. imperio Cap. 38. et ante hunc Arpadem, Turci, Principem alium nullum habuerunt, ex cuius etiam posteris, ad hunc usque diem, Princeps constituitur.“
- m*) Ab Arpade, usque ad S. Stephanum, non alii, quam masculi eius posteris, rerum, apud Hungaros, potiebantur. *Constantin. Porphyrog. Cap. 38.* „*Anonym. Belae R. Notar.* in prologo, qualiter fit generatus, dux Almus, aut quare vocatur Almas, primus dux Hungariae, a quo reges Hungarorum originem duxerunt.“
- n*) Multis haec testimoniis laudat. Constantini Augusti, et Anonymi Belae R. Notarii confirmari possunt. In praesens sequentia tantum adducam. „*Constantin. Porphyr. de administrando imperio Cap. 40.* habent autem primum ducem exercitus, Principem, e propria Arpadis. Idem Cap. 38. Et, ante hunc Arpadem, Turci, Principem alium nullum habuerunt, ex cuius etiam posteris, ad hunc usque diem, Princeps

„con-



se conditionis? At, quid his opus argumentis? Luce meridiana clariora haec sunt, et omnium ex antiquissimo, quod Hungara gens ostendere potest, diplomate, quo primae in regno Apostolico Abbatiae S. Martino in monte Pannonio dicatae fundatio exponitur, probantur o).

§. 6.

Praeter Monarcham et Waivodas, erant Hungaris primis viri nonnulli honoribus publicis con-

con-

„constituitur. *Anonym. Belae R. Notar. hist. duc. „Hungar. Cap. 5. seqq.*“ Capitaneatus vero, hereditario iure, certas ad familias pertinuisse, discas ex Cap. 24. „Horca - coepit ad hoc anhelare, quod, si „posse esset, per gratiam ducis Arpad domini sui, terram vltrafiluanam, sibi, et suis posteris, acquireret, „quod et sic factum fuit postea.“ Caue tamen existimes, me statuere, omnes, quos fatis cedens Capitaneus reliquit filios, honores hos fuisse consecutos. Septem tantum Hungaris erant Capitanei, adeoque, vnus tantum, eum, qui decedebat, hoc in honore excepit filius. Videntur vero Hungari primi, aetatis, bellicae virtutis, et meritorum, maximam habuisse rationem. Saepe, defuncti filiis, frater illius anteponcbatur; in primis, si aetas, hos, adhuc ad ducendos ordines Hungaricos reddebat inhabiles.

o) Sequentia hoc in documento verba deprehendes: „praecipueque cum ciuilibus belli ruina vrgeret, volente „comitatu quodam Symegiensi, PATERNA ME SEDE „REPELLERE.“ Cur *paternae sedis* rex hic meminit, si nec dum hereditario iure, ad eum, maioresque eius, imperium ciuile Hungaricum spectabat?



conspicui. Constantinus certe Porphyrog. eorum, quos Gylas et Cárchas vocabant, comminit; nec obscure, quid potestatis in alios habuerint, indicare videtur. Praetores hi videbantur fuisse, qui causas ciuium varii generis cognoscebant, litesque dirimebant. „Habet,“ inquit Constant. Porphyr. „quaeuis gens peculiarem Principem, suntque Gyles et Carchas, „non nomina propria, sed dignitatis etc. Habent autem primum ducem exercitus Principem, „e profapia Arpad, cum quo duo alii Gylas et „Carchas, qui iudicum vicem obtinent p).“

Satis hinc euidens est, ciuilem hos potius, quam militarem ornasse dignitatem. D. *Godofr. Schwarz* prioris generis dignitatem Palatini, posterioris vero Praetoris regni honores, in regno Apo-

p) *Constantin. Porphyrog. de administ. imperio Cap. 40.* Videtur id *Steph. Werböcz* perspexisse. *P. I. enim, tit. 3. §. 2.* ita scribit: „cum enim egressi ex Scythia Hungari, una cum vxoribus, filiisque et filiabus, ac cuncta eorum familia, plures peragrarent peruagarenturque „regiones, CAPITANEIS et VNO (DVOBVS) praeterea „RECTORE (rectoribus) ad lites dissidentium sopiendas, „furesque et latrones, ac alios malefactores castigandos, unanimiter electo et constituto.“ *Godofred. Schwarz* Hungarus, voculam Gylas, hucdum apud Hungaros suos in vsu esse dicit. In tractatu enim de *Samuele rege Hungar.* p. 38. voces Gyülök et Gyülés adducit, potestatemque illarum ostendit.



Apostolico peperisse hariolatur *q*). Viderit, quibus, opinionem hanc ingeniosam, argumentis suffulserit. Habebant Hungari, antequam in vnam coaluissent ciuitatem, praetores suos: quanto ergo maior illorum erat necessitas, postquam omnes vnus Monarchae se subiecissent imperio. Ab hoc demum, Gylas et Carchas, quidquid iurisdictionis habebant, accipiebant, horumque ex praescripto, causas ciuium cognoscebant, et in reos sententiam pronunciabant *r*).

§. VII.

Probabile est, apud Hungaros, quamdiu per Monarchas regebantur, non plures, quam vnum ordinem existisse. Omnes qui Hungarico fati erant sanguine, eadem gaudebant libertate. Primus ergo, et, aetate hac, vnicus adhuc hic fuerit, apud Hungaros, status et ordo *s*). Huic subiecti fuerant homines, quos armis deuicerant, et quibus, in bonis occupatis,

q) *Traſtatu de Samuele rege Hungariae p. 45.*

r) Sequentia hic adhuc problemata proponi possent, 1) vtrum Gylas et Carchas, ad dies vitae, vel ad tempus tantum certum honores hos sint consecuti? 2) vtrum Gylas Capitaneus regni simul esse potuerit?

s) *M. Ioan. Thurocz P. II. Cap. 9.* „constat itaque non tantum Pannoniam conqueſtraſſe, sed etiam alios nobiles,
 , qui



tis, domicilia et fundos adsignauerant. Placuit vero generis huius homines, hospites denominare *t*). Inter homines vero equestris ordinis, Capitanei, et illi, quos Gylas et Carchas compellabant, summa, sine dubio, erant in auctoritate. Horum, in rebus arduis, Monarcha utebatur consiliis, et qui, inter eos, consilio pollebant atque auctoritate, in senatum eius cooptabantur.

§. VIII.

Hungaria, tempore, quod S. Stephani aetatem est antegressum, certas in prouinciolas, quas

„qui de Scythia descenderunt. Vnde, in ipsis, veneri potest nomen dignitatis plus et aliis potentiae, „nobilitatis vero aequaliter.“ Nolo in praesens operosius *Stephani Werböczii* traditionem examinare, quam in *Tripartito* P. I. tit. 3. §. 2. seqq. deprehendes.

t) „De hospitibus S. Stephanus *Decret.* I. Cap. 6. in hospitibus et aduentitiis viris, tanta inest utilitas, ut „digne sexto in regalis dignitatis loco possint haberi, etc. Propterea, iubeo te fili mi! ut, bona voluntate, illos nutrias, et honeste teneas, ut tecum „lubentius degant, quam alibi habitent.“ Non sunt cum his hospitibus confundendi, qui in regis bonis domicilia capiebant, liberarumque ac regiarum urbium sunt conditores. Conf. *Godofr. Schwarz originum et occasuum Transilvaniae etc. recensionem criticam*, pag. 28. seqq.



quas conuentus, seu comitatus vocamus, diuisa fuisse videtur. Vt hoc statuam, inducor, ad id, primo illo celebrique diplomate, quod primus Abbas Benedictinorum ordinis in monte Pannonio ex munificentia sancti regis anno 1001. impetrauerat. „Praecipue,“ inquit rex, „cum ciuilis belli ruina vrgeret, volente COMITATV QVODAM SYMIGIENSI, paterna me fede repellere etc.,“ *u*). Cur hic rex, de comitatu vel comite Simegiensi loquitur? Comes vero hic, antequam adhuc Stephanus sacro coronaretur diademate, ab eo defecerat. Minimum hinc sequitur, Hungariam, antequam adhuc per reges regeretur, in comitatus fuisse distributam, sed, quo anno, sub quo duce, et auctore id sit factum, quis ostendet?

Forte etiam ante sanctum Stephanum, regnum hoc, quatuor in circulos diuisum fuerat. Cuius circulo, auctoritate Monarchae,
Wai-

u) Multi litteras has publici iuris fecerunt. „Vide eas apud „Schwandtner in *collect. scriptor. rerum Hungar. T. II. p. 438. Adam Franc. Kollar. in histor. diplomat. iuris Patronatus p. 46. P. Georg. Pray in anal. regum Hungar. T. I. p. 7. P. Ioseph. Innocent. Desericius secundum autographum illas euulgauit de initiis ac maiorib. Hungar. T. V. Lib. V. P. IV. p. 58.*



Waivoda praeesse, illiusque ex praescripto eundem rexisse poterat *x*).

§. IX.

Si vera sunt ea, quae §. praeced. disputavi, quovis in comitatu, praeter supremum comitem, fuerint viri, qui varia publica munera sustinebant. Huc vero in primis ille, qui vicariam comiti supremo praestat operam, adfessores, iudices nobilium, et alii referendi erunt *y*).

A comitibus parochianis, probe castri comites, seu castellani, et marchiones, sunt secernendi. Erant vero quovis in comitatu, praefecti castrorum, cum prisca illa aetate arces, et quae ad

x) Quintum Waivodatam, seu Capitaneatum, apud Transilvanos, sextum in Sclauonia, septimum in Aultria inferiori quaerendum esse existimarem. Sed, nulli coniecturam hanc obtrudo pertinacius. Abundet suo sensu quivis. Optarem, ostenderet aliquis, qua aetate, Hungariae regnum, quatuor in partes, seu circulos, sit reuocatum.

y) Iam anno 1009. fuisse in Hungaria vice comites, discas ex diplomate, „quod P. Nicol. Schmitth in *Episcopis Agriensibus* P. I. p. 14. exhibet, regali denique iubemus potestate, ut nullus dux, marchio, comes, „episcopus, vice comes, iudex, vel exactor, aut „aliqua magna persona vel parua regni nostri etc.“



ad eas pertinebant dynastiae, in potestate fuerint monarchae z).

Si quis forte existimat, comites, qui in regno erant, iura singularia habuisse, diuersoque a reliquis nobilibus regni in ordine vixisse, cum illo acrius disputare nolo. Quodsi vero simile reddi posset, non vnum, vti §. praec. adseueraui, sed duos status et ordines, Hungaria, primis a cunabulis ciuitatis suae, nutriisset. Vtinam, lucem his, ex priscis monumentis affundere possimus a).

Cap. II.

z) Habebant Hungari nostri comites quoque confinium, quorum aliqui Marchiones, et post aliquot tempus, Bani sunt vocati. *Decret. II. Ladisl. Cap. 17.* Comites curiae parochiani, comitibus parochianis in *Decr. Andreae II. Cap. 5. 14.* contradistinguuntur. Honores hos, Hungari, a nostris Germanicis populis, mutuati sunt.

a) Parce admodum, quae cap. hoc pertractaui, adtigere *Io. Andr. Lochner in facie iuris publici Hungar. Michael Pancratius in tractatu Politico-historico-iuridico* etc. Cassouiensibus typis anno 1668. euulgato, *Christ. August. Beck in specimine II. iuris publici Austriaci*, et alii, qui res ad ius publicum regni Hungariae spectantes, exponere volebant.



C A P V T II.

DE

REGIA POTESTATE, ET IVRIBVS
CVM EA COPVLATIS.

§. X.

Hungariae regnum, vsque ad annum 1000. per Duces, seu Monarchas, regebatur. Initio vero xi. saeculi Stephanus, qui, per triennium, et quod excurrit, apud Hungaros, rerum moderamen tenebat, honores titulosque regios adsumsit. Ne quid tamen sibi ad Maiestatem deesse videretur, corona Augusta plane, et qua vix adhuc reges vtebantur, coronari volebat *b*). Quod, postquam factum fuisset, subditi non minus, quam exterae gentes et Principes, regem eum compellere coeperunt. Nec id mirum illis, qui non prorsus sunt in rebus gestis Hungaricis et

b) „Ditmar. Merseburg. histor. Lib. IV. Imperatoris (Ottonis III.) gratia et hortatu, gener Henrici Bauariorum, Waic, (Gays, vel Gaisa potius) in regno suo episcopales cathedras faciens, coronam et benedictionem accepit. M. Ioann. Thurocz in Chron. P. II. cap. 29.“



et vicinorum populorum hospites, videbitur. Primum enim Hungaria, opibus et potentia, paucis cedebat adhuc gentibus Europae. Deinde, duces, quos antea habebat, potestate reges erant, et hoc nomine subinde etiam a non nullis insigniebantur. Non parum quoque Stephanus, apud Christianos Principes et populos, se, ea re commendauerat, quod summo studio et viribus, Christianam religionem suo in regno propagauerit. Quae, ut stabilis, eodem in regno, redderetur, decem fundauit episcopatus, eisque amplissima bona et redditus adtribuit. Quos sacris muneribus, suo in regno, praefecit, illi, fauorem vicinorum Principum, in primis vero summi Pontificis Romani, ei conciliabant. Neque adhuc difficiles erant Principes Christiani in admittendis maioribus honorum titulis. Si quis nullius alterius subiectus potestati Princeps, honores regios et iura sibi vindicare coepit, et Pontificem Romanum suas ad partes pertraxit, nemo facile est inuentus, qui ei litem propterea mouere fuisset ausus c).

§. XI.

Regios vero honores et titulum, Stephanus, neque a Pontifice, neque ab Imperatore Roma-

B 2

110

c) Legas Io. Petrum de Ludwig tractatu de auspicio regum
Cap. III.



no est consecutus. Nam, etsi concessero sacrum diadema, quo sanctus rex anno 1000. redimitus est, a Siluestro II. Roma, in Hungariam adlatum esse: non tamen inde confititulum quoque regium, Stephanum, ab eo petiisse consecutumque esse. Eo minus vero licebit adseuerare, sanctum regem, regnum Hungariae Petro Principi Apostolorum obtulisse, clientelareque reddidisse. Non diffiteor quidem celebres viros, rem hanc aliter enarrare: illud tamen etiam iam comprobatum est, eos turpiter hallucinari *d*). Totius illius causae praesidium in bulla, quae Siluestro II. auctore euulgata esse dicitur, quaerunt: at, quid ex documento, quod ante duo saecula penitus ignotum erat, probabitur? Confinxit illud, saeculo superiore, industria impudicissima Raphael Leuakouich Croata, ordinis minorum obseruantium sacrae theologiae Lector, quod Eruditiss. *Adam Franc. Kollar*, omni
ex-

d) Legas *Iosephi Benczur Vngariam semper liberam*, quae Viennae 1764. prodiit, *Cap. II.* Auctor tractatus huius, plura adhuc argumenta in *Ad. Franc. Kollar Origin. et perpetuo usu potestatis legislatoriae circa sacra* etc. si opere hoc uti potuisset, deprehendisset. *Anonym. Belae R. Notar. et Thurocz*, unde sacra corona adlata sit, non commemorant.



exceptione grauioribus nuper euicit argumen-
tis e).

§. XII.

Non plus proficiunt, qui ortum tituli regii,
quo sanctus Stephanus, anno 1001. vti coepit,
ad Imperatores Romanos, qui in occidente erant,
referre volunt. Hic vero in primis *Io. Petr. de*
Ludwig nominandus est, qui in *tractatu de Auspicio*
regum, Cap. II. p. 91. ita scribit: „et sane non
absimile vero est, Stephanum diploma regale ab
Henrico accepisse.“

Nactus tamen est statim aduersarium *Ioannem*
Tony, qui facili satis opera, nouam hac opinio-
nem confutauit *f*). Reges Hungariae, nullo non
tempore plena gaudebant potestate, et nullam
partem imperii Hungarici externum in Princi-
pem aliquem transtulerunt *g*).

B 3

§. XI.

) *De origine et perpetuo usu potestatis legislatoriae circa sa-
cra Apostolicorum regum Vngariae Cap. 13.*

f) *Dissert. de Auspicio Regio Stephani I. Hungarorum Apo-
stoli.*

g) *Vide Iosf. Benczur Vngariam semper liberam Cap. II. in
quo haec ordine exponuntur chronologico.*



§. XIII.

Sed forte obiecerit aliquis, sanctum regem, titulum et honores regios, suis a subditis esse consecutum. Ita omnino plerique omnes historici et iuris consulti Hungarici statuunt, hacque in re fundamenta insignium illarum praerogatiuarum, quibus ordines regni Apostolici superbunt, quaerere volunt *b*). Sed unde haec, et quibus rationibus probabunt? Detulisse Hungaros ad Arpadem summam rerum, eumque, primum eorum factum esse Monarcham, nullam habet dubitationem. vid. Cap. I. §. 4. seqq. Qua tamen consecutione inde conficiatur, Stephanum quoque, eorum ex voluntate, regium titulum sibi vindicare coepisse, me non perspicere, inge-
nue

b) Miror *M. Thurocz* rem tam arduam silentio praeteriisse. *P. II. enim Chronici Cap. 29.* sequentia tantum habet: „porro; beatus Stephanus, postquam regiae Celsitudinis coronam diuinitus est adeptus, famosum et lucrosum bellum gessit, etc. *Ranzan.* vero in *epit. rer. Hungar.* indice §. haud multo, inquit, interiecto „dein tempore, cum Hungariae optimatibus placuisset, „vt, qui titulo ducis tot praeesset populis, totque viris generis claritudine, auctoritate que magna insignibus, vterentur magis honorata appellatione, regiam elegerunt dignitatem. Deprehendes haec etiam apud „*Anton. Bonfin. Dec. II. Lib. I. Conf. Io. Lib. Bar. de Kemeny comment. hist. iurid. de iure succedendi Serenissimae Domus Austriae in regnum Hungar. Hallis 1722. Cap. III. §. 4.*



nue fateor. Primum enim, Princeps summus, si excellentiori titulo vult uti, subditorum suorum consensu non eget. His solum obsequium est relictum; Tenentur profecto honorem illum, Principi suo, quem illi deposuit, praebere, idque verbis et factis ipsis exprimere. Iuris quoque naturae et gentium principia, mores et consuetudines, quae apud gentes Europaeas sunt in usu, opinioni meae addunt pondus. Hae certe deposcunt, ut reges eorumque legati, Principes, duces, et respublicas, anteeant, primumque in publicis congressibus occupent locum. Quis vero credet, subditos, id sua auctoritate effecturos, ut suo Principi exteri facile hanc concedant praerogatiuam? Quo modo id ab exteris impetrabunt, ut, publicis in congressibus, Principibus suis, prior, quam antea, tribuatur locus? Petrum I. Russorum Imperatorem, tota prope modum Europa derisit, cum sibi, suis a subditis, titulum et honores Imperatoris Russorum, collatos esse, adseuerabat: in primis postquam maiora sibi vindicare coepit iura, quam sibi antea, qua Magno Principi, seu Csario Russorum, deferebantur. Proinde, nullus dubito adseuerare, Stephanum, proprio nutu et auctoritate, monarchae titulum cum regio commutasse.



§. XIV.

Sed, cum illis mihi hic in primis res est, qui opinantur, Stephanum, regio cum titulo, potestatem aliquam in subditos, qua antea carebat, esse consecutum. Id certe dicitur facilius, quam probatur. Capite enim praeced. ostendi, maiores sancti regis ab Arpadi aetate, omnia iura Maiestatica, propria exercuisse auctoritate. Summum ad honorem et Maiestatem, eis, praeter regium nomen et insignia, nihil deerat.

Qui excellentiori nomine titulisque superbit, num is propterea Principibus reliquis antecellit? Petrus I. antequam nomine imperatoris Rufforum vti coepit, summam, et ad nullas humanas reuocatam leges, habuit potestatem. Longe profecto maior ei in Ruffos, quam Augusto II. in Polonos, et Georgio I. in Britannos, competeat potestas. At, quis ostendet, eum, deposito M. Principis Rufforum titulo, iura quaedam, quibus antea destituebatur, suum in populum sibi comparasse?

Idem iudicium de S. Stephano eiusque successoribus, tuleris. Quem, a coronatione prima, in regnum Apostolicum exercebant dominatum, illo iam ante annum 1000. Monarchae Hungarorum inclaruerant.



§. XV.

Id, vt euentius reddatur, notes, sacro regis capiti sacrum diadema, anno 1000. Strigoniense esse impositum *i*). Quis tamen coronationis sollempnia peregerit, nemo, quod mireris, retulit in commentaria. Non ego quidem audeo honorem hunc, vni, qui, aetate Stephani, sacris coetibus in Hungaria praeerat, Strigoniensium Archiepiscopo dubium facere. Nec ab illis facio secessionem, qui primores, quos Hungari barones regni vocant, functiones quasdam in regia peregerisse dicunt. Qui tamen, et quales regni barones, anno 1000. fuerint, quid iuris eorum, quid obligationis fuerit, quem tenuerint ordinem, Oedipus vix ostenderit. Id nulla eget probatione, ordines regni, hac occasione, nullum, a primo suo rege, accepisse diploma. Antiquis in decretis et diplomatibus, nec vola hac

B 5

de

i) „P. Nicol. Schmitth in *Episcopis Agriensibus* p. 167. offerunt se nostris regiis (Ladislai IV.) obtutibus progenitorum nostrorum regum Hungariae magnalia erga sanctam Strigoniensem ecclesiam, quae fidei Catholicae post sacro sanctam Romanam ecclesiam propugnatrix extitit semper, gesta: nec immerito, cum ipsa sedes Strigoniensis sanctissimi Patris et Domini nostri sancti regis Stephani ortu, protomartyrem praenunciato, decorata, et sacro baptismate eiusdem sublimata, regalisque nostri diadematis impositione extitit redimita cet.“



de re occurrit, nec vestigium. Pacto quodam solenni, seu diplomate, reges, post fata demum Andreae II. ad leges, suis a maioribus perlatas, obseruandas, se coeperunt adstringere. Immo, complures adhuc, post Andream, sceptrum Hungarica tenebant, a quibus nullum ordines regni impetrarunt diploma. Saeculo forte XIV. eorum rem perduxisse videntur, ut reges diplomate promitterent, se, nihil in praeiudicium Decreti Andreae II. suo in regno, suscepturos. Faciebant vero id, non cum imperia capebant, sed postquam iam compluribus annis, ordinibus regni leges iuraque darent. Res tota eorum ab arbitrio pendebat.

Quod ne cui absolum videatur, ex documentis genuinis probandum erit. Ludouicus I. cuius primum diploma in decretis regum Hungariae prostat, anno 1342. apud Hungaros, regnare coepit, eodemque statim est coronatus *k*). Quando vero Andreae II. decretum confirmauit? Num eodem, vel insequenti anno? Certe, non prius id ab eo factum esse legimus, quam anno 1351. *l*). Eo mortuo, sceptrum capebat Maria

k) Io. Archidiaconus Kikelew apud M. Ioan. Thurocz P. III. Chron. Cap. I.

l) Vide confirmationem hanc in *Decret. Regum Hungar.* edit. Tyrnau. de anno 1751. pag. 165.



ria I. filia eius anno 1382. Eodem anno, coronatio est peracta. At, quae causa est? quod anno demum 1384. adeoque tertio imperii accepti, idem celebre decretum adprobavit *m*)?

Si ad haec *Stephan. Werböcz* animum aduertisset, *P. II. tit. 14. §. 12.* vix sequentia commemorasset: „*et propterea cuncti reges, usque in praesens tempus, ei (Andreae II.) succedentes, sacro (sicut praenarratum est) priusquam diademate coronarentur, super obseruando decreto ac constitutionibus eiusdem Domini Andreae regis, praelatis ac baronibus, et magnatibus proceribusque, et nobilibus regni huius, iuramentum praestare consueuerunt.*„

§. XVI.

Quae hucdum disputata sunt, omnia eo pertinent, ut Hungari tandem aliquando noxium errorem, in quo adhaerent, abiiciant. Desinant quasi iactanter gloriari, maiores suos, Sancto Stephano dum anno 1000. coronaretur, longe maiorem potestatem, quam ea fuerat, qua pater eiusque

m) In *Decret. Regum Hungar. p. 171.* seqq. ubi sequensprehenditur clausula: „Datum per manus reuerentissimi in Christo patris et Domini Demetrii anno Do. mini millesimo trecentesimo octuagesimo quarto, 10. Kal. mensis Iulii, regni autem nostri tertio.“ De coronatione eius, quae statim post Ludouici obitum est peracta, vide *M. Thurocz Chron. P. IV. Cap. I.*



auusque eius pollebant, dedisse. Vnde quaeso id docebunt? Apud quem, et quo in loco, prostant tabulae, quae leges, ad quas sancti regis Maiestatem reuocarunt, continent?

Ne tamen sine fundamento, a iuris consultis et historicis Hungaricis secessionem facere videar, sequentia adhuc illis, quae iam edisserui, subnectenda esse existimo. Omnium, quae Hungarica gens adducere potest, antiquissimo in diplomate Abbatiae S. Martini de monte Pannonio, sequentia deprehendes: „volente comitatu quodam Symegiensi, paterna me sede depellere etc.“ Et paucis interiectis: „necdum enim episcopatus et abbatiae, praeter ipsum locum, in regno Vngariae fuerant. Quod si vos fideles licuit mihi, quo volui loco, episcopatus et abbatias statuere, ANNON LICVIT, CVIPIAM LOCO, QVOD VOLVI, VT FACEREM.“ Quid verbis his cedro dignis diuus rex vult exprimere? Crediderim, non aliud, quam quod rebellis Waivoda, seu comes, Maiestatem, apud Hungaros, sit molitus, eaque, suum Principem et Monarcham impie spoliare voluerit. Idem referunt, M. Ioann. Thurocz P. II. Cap. 28. *Bonfin. Decade II. Lib. I.* In priore suo decreto S. rex de sua Monarchia Cap. II. §. 2. sequenti modo loquitur: „haec (ecclesia) fili charissime,

„IN



„IN NOSTRA MONARCHIA, adhuc quasi iuue-
„nis, et nouella praedicatur.“ In decret. vero
posterioris praefat. §. 2. „et quoniam vnaquae-
„que gens, propriis regitur legibus: idcirco,
„NOS quoque, Dei nutu, NOSTRAM GVBER-
„NANDO MONARCHIAM, antiquos et moder-
„nos imitantes Augustos, decretali meditatione
„nostra, statuimus genti nostrae etc.“ Cap. VI.
eiusd. decr. „volumus quidem, vt sicut CETE-
„RIS FACVLTATEM DEDIMVS DOMINANDI
„suarum rerum; ita tamen etiam res, milites,
„serui, et quidquid ad nostram regalem dignita-
„tem pertinet, permanere debet immobile.“
Cur nihil rex de collata sibi a subditis regia pote-
state loquitur? Cur nulla eius in decretis san-
cti regis occurrit mentio? Ego nullam aliam
rationem reddere possum, quam quod ea confi-
cta sit, et primis regum decretis multum re-
pugnans.

§. XVII.

Licet existimem sententiam, quam tueor,
esse comprobata[m] sufficienter: aduersarios ta-
men etiam, eorumque rationes, examinandas
esse iudico. Adparebit inde euidenter, quam
nulla sint fundamenta, quae vix quemquam mor-
taliu[m] conuellere posse existimant. Plerique,



ne dicam omnes, domestici Hungarorum scriptores recentiores, in primis tamen iuris consulti, magna conspiratione docent, suos maiores, Stephanum, libere proprioque nutu, in regem Hungariae elegisse. Eadem occasione, dum sacro diademate caput eius incingeretur, iura, quae Maiestatica vocamus, Hungaros in nouum hunc regem transtulisse *n*). Memorant praeterea, Stephani potestatem regiam, occasione hac, legibus, quae fundamentales solent vocari, valde esse circumscriptam *o*). Aliqui adhuc au-
dent

n) Veteres annalium confectores, nihil, quod ad probandam, vel confutandam traditionem hanc faceret, commemorant. *Stephan. tamen Werböcz P. I. tit. 3. §. 6.* haec tradit: „Postquam vero inspirante spiritus sancti gratia, ad agnitionem veritatis Catholicaeque fidei „professionem, opera ipsius sancti regis nostri Hungari „venere, et eundem sponte in regem elegere, pariter „et coronauere etc.“ Hoc duce cœcutiunt reliqui, qui de his, post eundem, scripsere, et huc dum scribere solent.

o) Nec *Thurocz*, nec *Bonfin.* nec alter aliquis antiquiorum historicorum hac de re aliquod commemorat; immo *in Tripartito P. I. tit. 3. §. 6.* haec potiusprehenduntur: „Omnis nobilitationis et ex consequenti „possessoriae collationis, qua nobiles decorantur, et „ab ignobilibus segregantur, FACULTAS PLENARIA- „QUE POTESTAS, in iurisdictionem sacrae coronae „regni huius, et per consequens, IN PRINCIPEM AC

„RE-



dent adseuerare, primum regem Hungarorum, et quos habuit in imperio successores, non tam supremum imperium et dominium, quod filii iuris consultorum directum vocant et eminens, quam iurisdictionem quandam tantum hac occasione, esse consecutos *p*). Cuius personae ordinis equestris tantam in bonis, quae possidet, tribuunt potestatem, ut dicere sustineant, eundem illorum absolutum plerumque tenere dominium. Deriuant vero potestatem hanc imaginariam, ex pactis conuentis quae, occasione coronationis primum in regno peractae, procurata, et a rege accepta esse, sibi aliisque persuadere volunt. Ad hoc, prouocare solent, ad solennem illam loquendi formulam, qua reges in litteris, quas donationales vocant, uti solent; „dedimus, donauimus et contulimus, immo damus, donamus et conferimus perpetuo et irreuocabiliter possidendam, tenendam et habendam, nihil iuris nobis referuantes etc *p*). Et P. I. tit. 9.

§. I.

„REGEM NOSTRVM, a communitate et communitatis auctoritate, simul CVM IMPERIO ET REGIMINE TRANSLATA EST.“

p) Audent aliqui haec plane in publicis scriptis et repraesentationibus multa cum exaggeratione exponere. Robur vero in eo maximum positum esse existimant, quod Hungari libere sibi elegerint regem. Addunt, eorum



„§. 1. tertia (libertas nobilium) est, quod iustis
 „eorum iuribus et omnibus prouentibus intra ter-
 „minos territoriorum suorum adiacentibus libe-
 „ram semper, prouti volunt, fruendi habeant
 „potestatem.“

Satis hinc elucere inferunt, regem, omni iuri, in bona, quae donatione ciuibus patriae conferre solet, sollempni ritu renunciare. Sed nisi me omnia fallunt, male ratiocinia haec nectuntur. Dicam, quod sentio, apertius. Si ratiocinia haec valerent, Hungaria, non ciuitas esset, non regnum: sed multae perpetuo foedere copulatae ciuitates. Immo ad anarchiam proxime accederet *q*). Quod, si admitti debet, Hungari, electione primi regis, totam Stephano, quam maiores eius Arpado contulerant, potestatem subtraxere. Loco Monarchae, iterum primum aliquem Capitaneum, seu Waivodam, elegerunt.

S. Ste-

eorum in arbitrio fuisse relictum, legere vel non legere regem, eligere Stephanum, vel alterum qui eis placuisset. Vnde vero docebunt electionem hanc regis aliquando esse susceptam? Vide supra Cap. I. §. 5. seq.

- q*) Similem Anarchiam obseruabis sub Wladislao II. et infelici eius filio Ludouico II. Ostendit hoc erudite *Sigismundus Lib. B. de Herberstein* in commentario suo in *rerum Moscouiticarum commentariis* edit. Basileens. p. 145. *Ludouic. Tubero* in *comment. sui temporis* Lib. XI. et Lib. V. §. 2. Lib. VI. §. 16.



S. Stephanus locum hunc honoris inexpectatum fuit consecutus, ei ad latus reliqui Capitanei dati, non tamen subiecti sunt. Solam in eos consecutus est iurisdictionem. Cui monstra haec opinionum immanissima placuerint.

§. XVIII.

In arcem opinionis iam inuadere, et quid sibi forma illa loquendi, quae in tabulis donationum regiarum deprehenditur velit, ostendere conntar. Existimo autem aduersarios, ius regium in bona, quae is subditis conferre solet, confundere turpiter. Rex enim Apostolicus, primum et ante omnia, qua rex, seu summus totius Hungariae Princeps, considerari debet. Haec potestas summa deposcit, ut eundem dominum omnium eorum fundorum et bonorum, quae in regno eius deprehenduntur, adpelles. Est is summus omnium, quae priuati, quocunque titulo possident in regno bonorum, dominus. Dominium certe directum et eminens, soli eidem competit, quod iam Cap. I. §. 2. adigi, et infra clarius adhuc sum ostensurus. In bona vero illa, quae bene meritis patriae ciuius et subditis rex conferre solet, quam diu illa possidet, omnis illi potestas, quae priuatis, seu dominis terrestribus (ita apud Hungaros vocantur)



tur) competit. Potest rex Apostolicus caduca bona, si ei placet, suis pro v'sibus retinere r), et de illis pro arbitrio disponere. Potest quoque bona haec alicui ex praelatorum, procerum, nobilium ordine, vel liberae ac regiae vrbi conferre, aut vendere etiam. Innumeris ex historia Hungariae exemplis doceri potest, regem, bona caduca, suis pro v'sibus diu tenuisse, et postea priuatis de rege et regno bene meritis contulisse. Aliqua vero bona reges, quam primum sacram ad coronam sunt deuoluta, priuatis contulerunt. In talibus ergo bonis, quae nouus dominus accipit, rex omne illud ei cedit ius, quod sibi, in bona talia vel fundos, qua domino terrestri competebat. At, quo modo inde inferes, regem, iure illo, quod ei, qua summo Principi et regi, haec in bona competebat, se plene exuisse? Id autem est illud, quod formula supra adducta,

) P. I. tit. 10. et tit. 13. §. 4. „Regia enim Maiestas (ex „praedeclarata iurisdictione sacrae coronae regni huius Hungariae) de et super vniuersis iuribus possessionariis quorumcunque decedentium, et femine vel heredibus destitutorum ac deficientium, *LIBERAM* „(prout voluerit) *DISPONENDI*, PRO SE scilicet, *RESERVANDI*, VEL ALTERI, CUI MALVERIT, „*CONFERENDI*, AVT INSCRIBENDI PLENARIAM SEMPER HABET POTESTATIS FACULTATEM.“



ducta, reges in tabulis collationis exprimere so-
 ent. Adeoque nobilis, qui bona ex collatio-
 ne regia in Hungaria consequitur, dominium
 utile consequitur; directum vero et eminens do-
 minium Princeps, pro se, et sacra corona refer-
 vat. Sed exprimi hoc solet clare in tabulis do-
 nationum, sequenti formula: „Memoratis T.
 et T. et, per eosdem, eorundem heredibus et
 posteritatibus vniuersis, ex certa nostra scien-
 tia, ac Praelatorum et baronum nostrorum con-
 silio, de manibus nostris regiis, nouaeque no-
 strae donationis titulo, et OMNI EO IVRE,
 QVO PRAEDICTA PORTIO POSSESSIONA-
 RIA, in praeattaeta T. habita, tam praeuia, quam
 aliis quibuscunque rationibus, seu causis, AD
 NOSTRAM LEGITIME SPECTAT COLLA-
 TIONEM, DEDIMVS, DONAVIMVS ET CON-
 TULIMVS“ etc. s). Et, in citata „P. I. tit. 9.
 §. 5. quod IVSTIS EORVM IVRIBVS ET
 OMNIBVS PROVENTIBVS intra terminos terri-
 toriorum suorum adiacentibus, LIBERAM HA-
 BEANT POTESTATEM FRVENDI.“

Notes adhuc, dominium utile, quod iure
 Hungarico terrestre vocatur, notabiliter esse
 circumscriptum, qua de re infra.

C 2

§. XIX.

s) In *Decret. Reg. Hungar.* p. 174.



§. XIX.

Ne quod tamen dubium in animo lectoris relinquam, placet praecipua iura maiestatica, quibus sanctus Stephanus, eiusque successores, sunt usi, perlustrare. Dabo vero operam, ut illa, ex limpidissimis fontibus, hoc est, decretis regum Hungariae, deriuem. Huc vero facit

I) quod sanctus Stephanus, pro se, suisque utriusque sexus posteris, summos honores et Maiestatem apud Hungaros sit consecutus. Clariora haec sunt luce meridiana utroque eius ex decreto. In praefatione in primum decretum §. 1. ita Principem iuuentutis filium Emericum alloquitur: „quando summa concedente potentia, post me, regnabis. Cap. II. §. 4. ac per „hoc, fili mi! feruenti studio debes inuigilare „in sancta ecclesia, de die in diem, ut potius accipiat augmentum, quam detrimentum patiatur. „Inde etiam in primis reges Augusti dicebantur, „quia augebant ecclesiam. Hoc, et tu facias, ut „TVA CORONA laudabilior, et vita beatior et „polioxior habeatur. Cap. III. §. 4. — quod te „omnino, fili mi! agere prohibeo, si vis beatus vivere, et TVVM REGNUM honestare. „Cap. V. §. 3. — ne TVA REGALIS DIGNITAS usurpatione inferiorum negotiorum foedetur.“ In praefatione vero in decretum II.



ita S. rex: „quaeque gens propriis regitur le-
 „gibus; idcirco nos quoque, Dei nutu, NO-
 „STRAM GVBERNANDO MONARCHIAM, an-
 „tiquos et modernos imitantes Augustos, decre-
 „tali meditatione nostra statuimus genti nostrae
 „etc. Cap. 19. vt gens MONARCHIAE HVIVS,
 „ab omni incurfu et accusatione feruorum et an-
 „cillarum remota, et quieta maneat; secundum
 „regalis decretum concilii, penitus interdictum
 „est etc. “

Non me quidem fugit, ita, multis saeculis,
 hereditarium fuisse regnum Apostolicum, vt or-
 dines, regia ex gente, illum Principem, qui eis,
 orae reliquis, placebat, legere potuerint. Id
 tamen etiam adseuerare debeo, S. Stephanum,
 ob summa sua in regnum hoc merita, id ab
 Hungaris facile impetrasse, vt Geysae patris li-
 beri vtriusque sexus, agnatis cognatisque reli-
 quis, anteponerentur. Videtur id *Ioseph. Ben-
 zur* in Vngaria semper libera t) sufficienter o-
 stendisse. Vtinam id ex decretis etiam S. Ste-
 phani ostendisset.

II. Sanctus rex decem in Hungaria fundauit
 episcopatus, eisque bona et redditus, qui Prin-
 cipes decebant, adtribuit liberalissime u). Mo-

C 3

ueri

Cap. I. §. 9. in not.

) De 10. his episcopatibus erudite disserit P. *Timon* in *ima-
 gine nouae Hungariae* Cap. 8.



ueri hic ardua quaestio potest: quo modo scilicet tantos episcopatus condere, et tanta bona redditusque, titulo dotis, eis dare potuerit? Nul-
lus, quantum ex historia mihi constat, regum, intra tam breue tempus, tam magnificus euasit fundator ecclesiarum. Immortale nomen sibi Carolus M. apud Germanos comparauerat, quod multos condiderit episcopatus, redditusque amplos eis procurauerit. At, poterat id facile facere. Constat enim multos eum suum sub iugum misisse populos. Solebat partem bonorum deuictis hostibus ereptorum, in condendos episcopatus conuertere.

De S. Stephano hæc dici nequeunt. Nul-
lum enim Principem prouincia aliqua depulit. Ex annalibus Hungaricis id tantum constat, eum duos rebelles Waivodas, seu comites, deuicisse, eosque, bonis, quae possidebant, priuasse. Non negauerim, eum fundos plurimos, quos a deuictis rebellibus recepit, per donationem dedisse episcopis. At, vnde reliquis episcopatibus assignauit dotem? Forte equestris ordinis viros, bonis aliquibus spoliauit, eaque, in episcopales conuertit fundos? vel forte proceres et nobiles eo perduxit, vt sponte partem bonorum venerabili clero cederent? Oleum et operam perdes, si quidquam de his antiquis in monumen-
tis



tis quaesueris. Proinde, concedas, necesse est, primos episcopos, bona, fundos, prouentusque suos, ex incomparabili sancti regis accepisse liberalitate. Consentanea his in legibus Hungaricis deprehendes. „*Tripart. P. I. tit. I I. sciendum autem, quod licet Papa, seu summus Pontifex, vtramque iurisdictionem, temporalem scilicet et spiritualem habeat: in collationibus tamen beneficiorum ecclesiasticorum pro tempore vacantium, in hoc regno, summus ipse Pontifex, nullam iurisdictionem exequitur, praeter confirmationis auctoritatem. Et hoc quadruplici ratione. Primo ratione foundationis ecclesiarum. Quia REGES HVNGARIAE, cum SOLI FVERINT OMNIUM ECCLESIAE ET EPISCOPATVVM, ABBATIAE QVE ET PRAEPOSITVRARVM IN HOC REGNO FVN-DATORES etc.*“

Notandum tamen est, S. Stephanum non tantum decem episcopatus, sed etiam abbatias et praeposituras multas splendidissimas, suo in regno, condidisse atque dotasse. Praescripsit vero praelatis his leges, ad quas se demum, suis in functionibus sacris, componebant. Licuit illi id facere, quum ipse sacrum annunciauerit euangelium, subditos ad Christum innumeros perduxerit, officiumque Apostolici regis exple-



uerit felicissime. Summus Pontifex summa, dum haec acciperet, adfectus est laetitia. Ea- que de causa, lubens omnino, quaecunque fundauit, ordinauit et praescripsit rex sanctus, adprobauit. In diplomate saepius iam laudato Abbatiae Benedictinorum S. Martini de monte Pannonio, haec deprehenduntur: „Quodsi vos si- „deles licuit mihi, quo volui loco, episcopatus „et abbatias statuere, annon licet cuiquam loco, „quod volui, vt facerem etc. “ In foundationa- libus litteris abbatiae Bakon Bélenfis apud „P. „Pray in *annal. regum Hungar.* P. I. p. 42. in „quo Gerardus Monachus de Venetia veniens, „primum coepit conuersari, et sicut habui pote- „statem, vt vbicumque, vel in quocunque vellem „loco, ecclesias, aut monasteria construerem; „ita nihilominus a Romanae fedis summo Ponti- „fice habui auctoritatem, vt quibus vellem eccle- „siis, seu monasteriis, libertates et dignitates „conferrem etc. *Tripart.* P. I. tit. 11. §. 2. „quia Hungari, non per praedicationem Apосто- „licam vel Apostolorum, quorum Principis vicem „et personam, in terris Papa gerit; sed per in- „stitutionem proprii regis eorum, sanctissimi vi- „delicet Stephani regis, de quo et superius me- „mini, conuersi sunt ad Catholicam fidem, qui „primus



„primus omnium, episcopatus, abbatias, prae-
 „posituras fundauit etc.“

Initium tam diuini instituti laudabili studio
 vltimus ducum Hungariae Geyfa fecerat. Quod
 tamen mortalitate interceptus ad effectum ipse
 perducere non poterat, hoc filius eius mira feli-
 citate praestitit. Qui haec diligentius exami-
 nant, illi fateri necessum habent, regem sanctum,
 antequam horum fundator euaderet, tertiam pro-
 pe regni partem immediate tenuisse. Huius ve-
 ro partis regni, non rex solum erat, sed domi-
 nus etiam terrestris x).

III) Rex hic episcopos primos, omnibus pro-
 ceribus, qui in regno erant, anteposuit, eisque
 in Congressibus publicis priorem adsignauit lo-
 cum. „*Decret. I. S. Stephani* Cap. 3. Regum
 „solum ornat ordo Pontificum, ac per hoc in re-
 „gali dignitate tertium possident locum Pontifi-

C 5

„ces,

x) Episcopos Hungariae tam ampla bona et redditus vti sacri
 Romani imperii Principes possedisse, iam „*Galeotus*
 „*Martius de dictis et factis Matthiae regis* Cap. II.
 „*apud Schwandtner. in scriptor. rerum Hungar. T. II.*
 „p. 542. *Tubero in commentar. sui temporis Lib. IV.*
 „§. 10. obseruarunt. Qui (episcopi Hungariae) sa-
 „ne partim adaequant opibus nobilitatem, partim lon-
 „ge superant etc.“



„ces, cet. Cap. 4. Quartus decor regiminis est, „fidelitas, fortitudo, agilitas, comitas, confidentia „Principum, baronum, comitum, militum, nobi- „lium, cet. y).

Non deerant, sine dubio, Hungaris antequam sacris Christianis initiarentur, sacrificuli; sed hi, vix alia iura, quam reliqui nobiles Hungarici habuerint. Minimum nequit ostendi, eos, vel comitibus, vel Waivodis, anteponi voluisse.

Postquam tamen S. Stephanus subditos suos ad Christum perduceret: inter ordines regni, episcopis primum adtribuebat locum. Nihil poterant in contrarium comites, vel barones regni adducere. Caue tamen episcopos regiis Principibus anteposueris. Notum enim est Praefules regni munera aulica, apud regios Principes tenuisse z).

IV) So-

y) Vide Mich. Pancratii tractat. polit. histor. iuridicum Sect. V. §. 3.

z) Ita Smaragdus Archiepiscopus Colocensis apud Stephanum V. regem iuniorem, Cancellarii munere, Philippus episcopus Vacienfis apud reginam iuniorem, eo munere functus est, quod ex insigni diplomate a *Belio in notitia Hungar. T. I. p. 118.* in lucem protracto cognosces.



IV) Solebat sanctus rex bella vicinis populis, pro arbitrio denunciare, gerere e pace conficere. Inibat quoque foedera cum amicis nec ad haec consensus ordinum requirebatur. „*Decret. I.* „S. Steph. praefat. §. 6. hoc tibi ne accidat, „obedi fili mi! puer es, deliciarum vernula, pul- „uinaris accola, fatus educatusque in deliciis „cunctis, expeditionum, laboris, atque diuer- „sarum gentium incursionis expers, in quibus „ego iam fere totam meam contriui aetatem.

Nulla indicia antiquis in documentis deprehendimus, quae ostenderent, ordines regni iura haec sibi adtribuiffe.

V) Pertulit sanctus rex leges ordinibus subditisque suis, commodi publici promouendi causa. Sacras leges venerabili clero eum dedisse, hasque a summo Pontifice esse approbatas, in praeced. est ostensum. Quae in scriptura sacra non sunt definita, et libertati prudentiaeque Christianae relicta, illa sanctum regem decreuisse, et inter sacras retulisse traditiones, rerum Hungaricarum, si quis vnquam alter, peritissimus, eruditissimusque Vir *Adam Franc. Kollar in originibus et perpetuo usu potestatis legislatoriae circa sacra Apostolicorum regum Vngariae Cap. II. et III.* solide ostendit.



Condidisse vero regem hunc leges quoque
 ciuiles, ex duobus eius in corpore iuris Hun-
 gar. exstantibus decretis elucet euidentissime.
 Prius, in praefat. statim sequentia complectitur
 verba: „Et cum omnes ordines vbique terra-
 rum cuiuscunque sint dignitatis, non solum fa-
 tellitibus, amicis, seruis, praecipere, consule-
 re, suadere, sed etiam filiis, pro certo sciam:
 tunc me non piget, fili amabilissime! hac vita
 comite, tibi documenta, praecepta, consilia
 et suasionem, parare, quibus tuae vitae mores, ti-
 bique subiectorum exornes, quando summa con-
 cedente potentia, *post me regnabis.*“ Posteriori
 decreto rex hic potestatem suam legislatariam
 in praef. §. 2. sequentibus verbis ostendit: „Et
 quoniam vnaquaeque gens, propriis regitur le-
 gibus; idcirco nos quoque, DEI nutu, no-
 stram gubernando monarchiam, antiquos et mo-
 dernos imitantes Augustos, decretali meditatio-
 ne nostra, statuimus genti nostrae, quem ad
 modum honestam et inoffensam ducerent vitam,
 vt sicut diuinis legibus sunt ditati, similiter et-
 iam saecularibus sint addicti etc.

Ordines regni, in primis illi, qui auctori-
 tate inter episcopos, comites et nobiles, reli-
 quos antecellebant, ad intima regis consilia ad-
 mit-



mittebantur. „Decret I. S. Steph. Cap. IV. quar-
„tus decor regiminis, est fidelitas, fortitudo, a-
„gilitas, comitas, confidentia Principum, baro-
„num, comitum, militum, nobilium. Illi enim
„sunt regni propugnatores, defensores imbecil-
„lium, expugnatores aduersariorum, augmenta-
„tores monarchiarum etc. Et, *in praefat. eiusd.*
„*decreti* §. 1. Cumque affatim vniuersa huius
„vitae vtilitati, dignitatique, gratia DEI concessa,
„scilicet regna, consulatus, ducatus, comita-
„tus, Pontificatus, ceterasque dignitates, partim
„diuinis praeceptis atque institutis, partim legali-
„bus, partim iuridicis, partim ciuilibus iurisdic-
„tionibus, ac nobiliorum, aetateque prouecto-
„rum, consiliis, suasionibus, regi, defendi, di-
„uidi, coadunari videam, etc. “

VII) Referuauit sibi rex summum et eminens dominium omnia in priuata bona. Hoc quidem iam supra adtigi, hic tamen accuratius probandum est.

Primum argumentum inde arcessendum esse existimo, quod rex ordinibus non concesserit ius, de bonis, pro arbitrio disponendi, et illa alienandi. Acquisita et mobilia quae vocantur, bona, coniugi liberisque relinquendi et inter eos partiendi potestatem concessit „*De-*
„*cretum*



„cretum II. S. Steph. Cap. 5. decreuimus regali
 „nostra potentia, vt vnusquisque habeat faculta-
 „tem, sua diuidendi, tribuendi vxori, filiis fi-
 „liabusque, atque parentibus, siue ecclesiae; nec
 „post eius obitum quis hoc destruere audeat.“

Fateor, capitulum hoc subobscurum esse,
 explicationeque egere. Videtur illo rex, si obi-
 ter id legas, facultatem concedere, omnibus de
 bonis promiscue, sint aquisita, vel auita, testa-
 menti tabulis facultatem disponendi. *Stephano*
Werböcz videbatur illud etiam ita esse comparatum,
 quod ex P. I. tit. 64. §. 1. seqq. cognosces:
 „Quae quidem,“ inquit, „iurisdictio sacrae co-
 „ronae regni, quantum ad deuolutionem et suc-
 „cessionem bonorum ac iurium possessionario-
 „rum, isto, quo nunc vtimur modo, a tempo-
 „re regiminis, seu imperii Excellentissimi Prin-
 „cipis quondam Domini Ludouici regis, ab an-
 „no scilicet dominicae incarnationis trecentesi-
 „mo quinquagesimo primo, supra millesimum,
 „originem sumens, cunctorum regum, successo-
 „rum suorum scilicet temporibus, vsque modo
 „inuiolabiliter et inconcussa seruata, atque rati-
 „ficata, super vniuersorum Dominorum Baro-
 „num et Magnatum, ac nobilium, procerum-
 „que regni bonis et iuribus possessionariis (qui
 „vt-



„vtpote in femine et heredibus deficiunt, vel in
„unicam ac singularem personam deueniunt: sic-
„que defectui feminis approximabunt) legitimae
„successionis virtutem semper habet. Ante enim
„eius Principis tempora, quilibet baro, magnas,
„nobilisque et possessionatus homo, super iuri-
„bus suis possessionariis (si etiam heredibus de-
„fecisset) prout voluit, sine omni consensu re-
„gio, liberam disponendi habuit facultatem.“

Tractus est *Werböcz* hunc in errorem Lu-
douici I. confirmatione decreti Andreae II. §.
11. quam non intellexit „excepto solum modo
„vno articulo praenotato, de eodem (Andreae
„II.) priuilegio excluso eo videlicet: quod nobi-
„les homines sine herede decedentes, possint et
„queant, ecclesiis, vel aliis, quibus volunt, in
„vita vel in morte, dare et legare, possessiones
„eorum vendere, vel alienare. Imo, ad ista fa-
„cienda, nullam penitus habeant facultatem, sed
„inter fratres proximos, et in generationes eo-
„rundem, ipsorum possessiones, de iure et legi-
„time, pure et simpliciter, absque contradic-
„tione aliquali deuoluantur.“

Verba articuli 4. decreti Andrea II. ad quae
rex prouocat, ita habent: „Si quis seruiens,
„sine filio decesserit, quartam partem possessionis
„filia obtineat: de residuo, sicut ipse voluerit,
„dispo-



„disponat. Et si morte praeuentus, disponere non
 „poterit, propinqui sui, qui eum magis contin-
 „gunt, obtineant. Et, si nullam penitus gene-
 „rationem habuerit; rex obtinebit.

Supereft ergo, vt probem, Hungaros, po-
 testate disponendi pro arbitrio de suis bonis, ea-
 que abalienandi, ab exordio sacrae monarchiae
 caruisse. Id vero fati luculenter ostendere vi-
 detur „*S. Stephanus* decr. II. cap. 24. si autem
 „vidua sine prole remanserit et se innuptam in
 „sua viduitate permanere promiserit; volumus,
 „vt potestatem habeat omnium bonorum suorum,
 „et quidquid inde facere velit, faciat. Et, post
 „obitum eius, eadem bona ad sui redeant paren-
 „tes mariti, si parentes habet: sin autem non,
 „rex sit heres. *Colomann.* Decret. I. cap. 20.
 „possessio quaelibet a S. Stephano donata, huma-
 „nae successione quoslibet contingat heredes.
 „Possessio vero ab aliis regibus data, a patre de-
 „scendat ad filium, qui si defuerit, succedat
 „germanus, cuius filii etiam post mortem illius,
 „non exheredentur. Germanus autem prae-
 „dictus si non inuenietur, regi hereditas depu-
 „tetur.“



Aliud argumentum inde petendum esse existimo, quod, si quis notam infidelitatis incurrat, bona eius, ad regem sacramque coronam, redire debeant. Rex, si vult, ea, pro se, potest retinere. Solet tamen bona talia saepe aliis patriae ciuibus conferre. *Decret. II. S. Stephani §. 2.* „nec pro nullius causa reatus, detrimentum bonorum suorum patiatur quis, nisi consiliatus mortem regis, aut traditionem regni fecerit, vel in aliam fugerit prouinciam. Tunc vero bona illius, in regiam veniant potestatem, ipse vero subiaceat sententiae, filiis innocentibus remanentibus.“

Eadem est ratio bonorum caducorum. Quoties enim ciues Hungarici legitimis heredibus nullis relictis decedunt, toties bona, quae possidebant, rex recipit. „*P. I. tit. 10.* omnia bona, et iura eorum possessionaria, ab ipsa sacra regni corona, virtute translationis praenotatae, originaliter dependent, et ad eandem, semper respiciunt, deuoluunturque, eorum possessore legitimo deficiente. Vnde inoleuit ista consuetudo dudum adprobata, quod vnica et singularis persona existens, veroque, nec non legitimo successore carens ac destituta, super iuribus suis possessionariis, sine consensu regio, nil quicquam, iure perennali disponere potest.“



Quis haec decreuit? Nonne Monarcha Hungariae? Cur? sine dubio propterea, vt ostenderet, se, dominium directum et eminens, quoties bona confert, sibi referuare. Magnam res haec habet adfinitatem, cum feudis, quae sacro Germanico in imperio, et alibi, sunt in vsu. Hoc tamen, hac in re, obseruo discrimen, quod Imperator Romanorum, feuda aperta, cum Ordinum sacri Romani Imperii consensu conferre debeat. In Hungaria aliter se res habet. Solus rex Apostolicus de bonis caducis disponit, ea, vel pro se retinet, vel, vt saepius monui, ciuibus bene meritis confert. „*P. I. tit. 13. §. 4.* Regia enim Maiestas (ex praedecarata iurisdictione sacrae coronae regni huius Hungariae) de, et super, vniuersis iuribus possessionariis, quorumcunque, decedentium, et femine, vel heredibus destitutorum ac deficientium, liberam (prout voluerit) disponendi, pro se scilicet referuandi, vel alteri, cui maluerit, conferendi; aut inscribendi plenariam semper habet potestatis facultatem. “

Tertii generis argumentum inde deriuandum est, quod, qui bona, ex regis liberalitate, in regno Apostolico consequuntur, promittere debent, se, suis viribus et sumtu, patriam aduersus hostes tutaturos esse. „*S. Stephan. Decret. I. cap. 4.* „quartus decor regiminis, est fidelitas, fortitudo, „agili-



agilitas, comitas, confidentia principum, baro-
num, comitum, militum, nobilium. Illi enim
sunt regni propugnatores, defensores inbecil-
lium, expugnatores aduersariorum, augmenta-
tores Monarchiarum, cct.“

Miror haec *Werböczium* alto praeteriisse si-
lentio. Si iura et praerogatiuas ordinum regni
summa industria excussit, certe officii huius obli-
uio eundem capere non debuisset.

Vltimum argumentum sequitur, quod deposcit,
vt statuum, dominos terrestres in Hungaria, a
rege dum bona impetrant, superficiei tantum
dominium consequi. Notum est, sales cuiuscun-
que sint generis, aurum, argentum, metalla reli-
qua, et quosuis thesauros subterraneos ad ius
regium spectare. „*Decret. Ludouici I.* de anno
„1351. artic. 13. si quae vero minerae auri, vel
„argenti, cupri, vel ferri, aut aliae fodinae in
„possessionibus nobilium inuenientur, absque
„competenti concambio non auferantur, sed,
„pro talibus possessionibus, mineras auri in se ger-
„minantibus, si regiae placuerit voluntati, aequa-
„les possessiones conferat nobilibus praenotatis.
„Alioquin, si possessiones ipsas minerosas regia
„Maiestas pro concambio habere nolit; ex tunc
„ius regale, seu vrburas, iuri regio pertinentes,
D 2 „reci-



„recipere suo nomine faciat: easdem possessiones
 „ipsis nobilibus, cum ceteris quibuslibet suis uti-
 „litatibus et iuribus relinquens.“

Possẽm plura, si fufius rem exponere vellem,
 argumenta adducere. Sed haec in praefens suf-
 ficiant a).

VII) Habebat S. rex ius quo suis episcopatus,
 abbatias et praeposuras conferendi. In saepe
 laudato diplomate Abbatiae Benedictinorum S.
 Martini in monte Pannonio, ita loquitur: „quod
 „si vos fideles, licuit mihi, quo volui, loco, epi-
 „scopatus et abbatias statuere, annon licuit, cui-
 „piam loco, quod volui, ut facerem? Et, in fun-
 „dationalib. Abbatiae Bakon. Belensis; in quo
 „Gerardus monachus de Venetia veniens, pri-
 „mus cepit conuersari: et sicut habui potestatem,
 „ut vbicunque vel in quocunque vellem loco,
 „ecclesias aut monasteria construerem, ita nihilo
 „minus a Romanae fedis summo Pontifice habui
 „auctoritatem, ut, quibus vellem ecclesiis seu
 „mona-

a) Legat. Mich. Pancratii tract. polit. hist. iurid. Sect. IV.
 §. 6. seqq. ubi dominium plenum, quod iam eius ae-
 tate non nulli dominis terrestribus adtribuebant, im-
 pugnat. Nequeo tamen diffiteri auctorem hunc, veri-
 tates has paullo obscurius tradere.



„monasteriis, libertates et dignitates conferrem *b*).
 „Conf. *Tripart. P. I. tit. 11.*“

VIII) Prima munera sua in aula, et in comitatibus conferendi ius ad regem spectabat. Contulisse eum omnes baronatus regni, Palatini honore excepto, ab exordio regni Hungariae, nemo hucdum, qui non prorsus hospes est in rebus Hungaricis, negare ausus est.

Consuetudo Proregem in comitiis legendi, vix a tribus saeculis, in regno obtinet. Quo id ordine fiat, nemini non constat. Rex candidatos solet denominare, Ordines, eum, quem reliquis munere hoc digniorem esse iudicant, deligunt. Lectus ad regem deducitur, sacramentum iurisiurandi deponit, et hoc in munere suprema Principis auctoritate confirmatur *c*).

Non nego quidem Hungaros plerosque existimare, morem hunc Palatinum regno conceden-

D 3

den-

b) Vide docum. apud *Pray, annal. regum Hungar. P. I. p. 42.*

c) Haec anno demum 1548. artic. 18. conclusa sunt, et ab anno 1606. pertinacius adurgentur. Decret. de anno 1608. artic. 3. Errat turpiter *Phil. Andr. Oldenburger* dum in *thesauro rerum public. P. IV. p. 440.* scribit, Iudicem Curiae, eligi a populo, confirmari a rege.



dendi, cum regia potestate ortum accepisse. Hac tamen cum opinione antiqua documenta pugnare videntur. Placet in praesens commemorare *Decretum Andreae II.* anno 1231. publici iuris factum, apud *Odor. Raynald.* in quo haec deprehenduntur: „si Palatinus male administravit „negotia regis et regni, supplicabunt nobis, ut „vtiliorem loco eius, constituamus, quem volumus.“ In annalib. ecclesiast. ad *an. 1232. num. 13.*

Accedit, quod saeculo XIII. quovis fere anno alter Palatinus electus fuerit *d*). Num existimas, quovis anno, Hungaros comitia celebrasse? Nemo id facile adseuerabit. Quis Palatini honores aetate hac conferebat?

Falluntur quoque, qui existimant, primis saeculis Proregem ea gauisum esse potestate, quam demum saeculo XV. est consecutus. Initio summus tantum iudex fuit, et causas varias in curia regia cognoscebat. „*Decret. Andreae II.* de anno 1231. causae nobilium, quae ad perditionem „nem

d) Obseruauit haec iam eruditus Vir P. *Samuel Timon* in *imagine Hungariae nouae Cap. IX.* Et haec fuerit causa, quod *M. Thurocz P. I. Cap. 61.* plurimum Palatinorum meminit. Qui hoc munus deposuerant, illi, procul dubio, Palatinorum quoque compellationem retinere.

„nem capitis, aut destructionem possessionum
 „eorundem pertinent, sine conscientiae regiae
 „periculo terminentur. Palatinus Iudices vica-
 „rios non habeat, nisi vnicum in curia sua, et
 „caueat diligenter, ne contra praesens statutum
 „aliquem iudicet, vel condemnet e).“

IX) Rex summus est iudex in regno *Decret.*
I. S. Stephani Cap. 5. §. 3. Decret. II. Cap. 43.
Andreae II. decret. artic. 1. 2. 8.

Propterea Palatinus, qua primus, post re-
 gem, iudex, olim in Palatio et curia regia de-
 gebat.

X) Habebat rex potestatem, peregrinis ius
 ciuitatis, quod Hungari indigenatum vocant, pro
 arbitrio conferendi. Consensus Ordinum ad id
 plane non videbatur esse necessarius. *Decret. I.*
S. Stephani Cap. 6. „In hospitibus et aduentitiis
 „tanta inest vtilitas, vt digne sexto in regalis di-
 „gnitatis loco possit haberi etc. Propterea iubeo
 „te, fili mi! vt bona voluntate, illos nutrias,
 „et honeste teneas, vt tecum lubentius degant,
 „quam alibi habitent.“

D 4

Ex

e) De Palatini munere legas *Lochner. in facie iuris publici*
Cap. IV. §. 1. seqq.



Ex hoc documento ostendi potest, reges peregrinis, non solum ius ciuitatis, quodcumque id eis libitum erat, contulisse, sed etiam ad summos eos promouisse honores. Ladislaus IV. Mysen, seu Mosen, ad sacra Christiana ex coetu Saracenorum perductum, Palatinum regni Hungariae, supremum comitem Soproniensem et iudicem Cumanorum creauerat *f*). Simili modo Ludouicus I. rex, cognatum suum Ludouicum, seu Ladislaum ducem Oppelensem, summo hoc honore in regno Apostolico auxerat *g*).

XI) Habuit rex ius vrbes liberas condendi, et multis priuilegiis exornandi. Nolo in praefens inquirere, vtrum ante S. Stephanum, vel eius aetate, vrbes aliquae in Hungaria profiterint. Id minimum certum est, primos reges Hungariae, multas condidisse vrbes, eisque amplissimas dedisse libertates, territoria et pagos. Notum est, Geysam II. Saxonibus aduenis
magnam

f) Vide notas ex *Chronico Budensi ad M. Thurocz Cap. 81.* apud *Schvandtner*, in *collectione scriptor. Hungaric. T. I. p. 152.*

g) Vide *Histor. Palatin. Hungar.* quae Tyrnauiæ anno 1760. in fol. prodiit, *p. 72.* Optassem, vt eruditus auctor argumentum hoc, ex publicis documentis, paullo accuratius, elucubrasset.



magnam Transilvaniae partem dedisse. Est is fundator complurium urbium in Transilvania. Auxit has multis praerogatiuis et immunitatibus, quas demum Andreas II. confirmauit *b*). Horum vestigiis insistebat feliciter saec. xiii. Stephanus V. Concessit is 24. urbibus, quae Scepu-fienti in comitatu erant, eas libertates, quibus Saxones in Transilvania perfruebantur *i*).

Nolo iam in praesens plura Maiestatica iura, quae S. Stephanus exercuit, adducere. Quis facile ex his colliget, longe alias nos, de Maiestate regia regis Apostolici, cogitare debere, quam id Hungarici iuris consulti faciunt. Illos vero in primis intelligo, qui recentiora tantum decreta voluunt, et antiquiora, vel non intelligunt, vel data opera praetereunt. Occur-

D 5

runt

b) Vide illas in celebri illo priuilegio, quod *Laur. Top-peltinus in orig. et occas. Transilvaniae Cap. III. p. 16.* adducit.

i) Cum hoc priuilegium, Stephani V. tum illud etiam, quod Saxones ab Andrea II. habent, edidit cum animaduersionibus eruditis *Godofr. Schwarz in recensione critica originum et occasuum Transilvaniae, Rintel. 1766. Michael Pancratius* turpiter lapsus est, cum ortum liberarum et regiarum urbium ad aetatem Sigismundi imperatoris et regis reiicit *in tract. polit. histor. iurid. S. VI. §. 27.*



runt enim in illis multa, quae eis non possunt non displicere *k*).



C A P V T III.

DE

IVRE HEREDITARIO TOXI,

EIVSQVE

POSTERORVM IN REGNV M

HVNGARIAE.

§. XX.

Id summa admiratione dignum est, quod Toxi Monarchae posteritas regnum Hungariae nostra vsque ad tempora rexit *l*). Non plures enim feriem

k) Si *Michael Pancratius* suo tempore, regi Hungariae absolutam adtribuit potestatem, eamque ex Sancti Stephani volebat deponere decretis, cur id mihi non liceret diffusius examinare? Legas eundem *Pancrat. in tractatu bistor. polit. iuridico Sect. II. in primis vero §. 54. Philip. Andr. Oldenburger in thesauro rerum public. P. IV. p. 438.* scribit, reges Hungariae, vsque ad *Andream II.* absolutam habuisse potestatem.

l) Haec ex historia Hungariae maiori industria conscripta, addiscenda sunt. Vulgus quidem historicorum existimat,



seriem hanc interturbarunt, quam sequentes reges: Albertus II. Romanorum imperator et rex Hungariae, Wladislaus I. Matthias I. Ferdinandus I. et Ioannes Zapolyus. Si tamen rem ad calculum accuratius vocaueris, Matthiam I. tantum et Zapolyium huc retuleris. Albertus enim et Ferdinandus I. ius succedendi in regno Hungariae, per Principes Hungaricas, cum quibus matrimonium iniuerant, sunt consecuti. Ferdinandum alia adhuc iura ad solium Hungaricum euocabant, quae infra commemorabo. Wladislaus I. ea lege ad capeſſenda ſceptra Hungarica euocabatur, vt cum viduata Alberti morte
Eli-

mat, in Andrea III. domesticum genus regium extinctum esse. Habet hac in re praeceuntem auctorem chronici Budensis apud *M. Thurocz P. III. Cap. 81.* „in „quo“ (intelligit Ladislaum Cumanum, dicere vero haec de Andrea III. debuisset), „quia sine herede decessit, „defecit semen masculinum sanctorum regum.“ Erant, et sunt adhuc superstites Toxi heredes feminei. Augusta enim nostra, a Sigismundo, hic vero a Bela IV. regibus Hungariae genus ducit atque natales. Vide *Ioſeph. Benczur in Vngaria semper libera Cap. I. §. 9. p. 24.* Haec iam solide ostenderat antea Beatus *Wiedemann in der Information, darinnen ausgeföhret, was das Haus Oesterreich für Erbgerechtigkeit zu dem Königreich Ungarn von Alters gehabt, etc.* apud *Melchior. Goldast. de regni Bohemiae iuribus et priuilegiis T. II. p. 6. §. 5. et p. 63. §. 3. seqq.*



Elifabethae regina Hungariae connubia ini-
ret *m*).

Toxum vero omnium, quos Hungaria huc-
dum reges habebat, his exceptis, patrem fuisse,
in benignis propositionibus regiis anno 1722.
in comitiis Hungaricis commemoratum est *n*).

§. XXI.

- m*) *Ios. Benczur in Vngaria semper libera Cap. I. §. 9. p. 24.*
Georg. Ieremias Haner in grandi errore haeret, dum
Per. XIII. p. 168. ita scribit: „Wobey nicht unerinnert
„lassen kann, dasz diese Maria die letzte Person gewesen,
„welche aus Stephani Geschlecht, oder besser, Toxi Ge-
„blüth, den Ungarischen Thron besessen, wie Reva fol.
„27. ganz recht angemerket.“ Nec melius Lib. B. Ke-
mény dum, in Commentur. de itre succedendi Serenissi-
mae domus Austriacae Cap. III. §. II. Wladislaum I.
filium reginae Hedwigae, nepotemque Ludouici I.
facit.
- n*) *Expressum id est sequentibus verbis: futuris quoque et*
„successiuis quibusuis temporibus ab omnibus per am-
„plius confusionibus et periculis praeseruari possit, et
„consequenter quo modo aduersus omnem vim exter-
„nam, et quosuis etiam interregni praecipue tempori-
„bus facile euenire queunt internos motus sibimet
„principaliter, vti haftenus semper experiri poterunt,
„fatales et nociuos in tempora prospicere, et malo huic
„salutare remedium et firmum obicem status et ordines
„ponere cupientes, quod eum in finem maiorum suo-
„rum in defectu sexus masculini etiam femineum et
„sanguine protoregis Apostolici S. Stephani dependē-
„tem in reges suos authumea quasi serie desiderantium
„exem-



§. XXI.

Optimo ergo iure adseuero regnum Hungariae prima ab origine hereditarium fuisse. Totus ius, quod in Monarchiam Hungariae habebat, suos in posteros et heredes propagauit feliciter. Elucet illud ex ordine, quo se reges Hungariae in imperio exceperunt. Diplomata quoque regum Hungariae et monumenta antiqua illud confirmant.

Ne vero verba dare videar, facio a diplomatibus initium. S. Stephanus filium suum Emericum priori in decreto §. 1. ita alloquitur: „Tunc me non piget, fili amabilissime! hac vita comite, tibi documenta, praecepta, consilia et suasiones parare, quibus tuae vitae mores, tibi que subiectorum exornes, quando summa concedente potentia, post me regnabis o).“ Maria vero I. in Confirmat. decreti Andreae II. haec ita exprimit: „Proinde, ad vniuersorum
no-

„exempla imitati, in casu defectus (quem DEVS cle-
„mentissimus auertere dignetur) sexus masculini alte-
„ratae suae Maiestatii sacratissimae successionem regni
„et coronae, sexum etiam femineum regium Augustae
„domus Austriacae, acque ex sanguine antelati sancti
„regis Stephani propagatum, in conformitate etiam
„articuli 5. 1541. in omne tempus transferre etc.“

o) In corpore iuris Hungar. p. 123.



„notitiam harum ferie volumus peruenire, quod
 „Serenissimo Principe Ludouico, DEI gratia, in-
 „clito rege Hungariae, Poloniae, Dalmatiae, etc.
 „genitore nostro charissimo, volente Domino
 „coeli, cuius nutu omnia reguntur, et disponun-
 „tur, absque prole masculina de medio sublato,
 „nobisque successoribus, et ordine geniturae so-
 „lium regni ipsius genitoris nostri, feliciter ade-
 „ptis etc.“ p).

Omnium vero maxime adtentionem mere-
 tur artic. 2. decreti V. Matthiae regis de Palati-
 natus officio, qui ita habet: „Si quispiam re-
 „gum, heredem in tenera aetate constitutum reli-
 „querit, Palatinus ex officio tenetur et debet il-
 „lum, tanquam tutor, in regnis et dominiis pa-
 „ternis conseruare et fideliter defendere“ q).

Cur haec decreta sunt, si regnum Hunga-
 riae et corona electione aquiri debebat? et si
 Ordines regni, quem volebant, eligere pote-
 rant?

Huc quoque pertinet decretum Alberti art.
 12. „quod dispositio pro Serenissima Principe
 „domina Elifabetha regina, et eius status honoris
 „CON-

p) In eodem corpore p. 171.

q) Ibid. p. 223.



„conseruatione, ex quo est heres huius regni fiat,
 „vbicunque vult in regno r).

§. XXI.

Id vero ipsum innumera, quae apud varios scriptores occurrunt, confirmant diplomata. Geyfa II. id ostendit in diplomate, quod „P. Ca-
 „rol. Peterffi in S. Conciliis Ecclesiae Romanae in
 „regno Hungariae P. I. p. 127. ostendit: quod
 „ego Geyfa II. secundi Belae Regis filius, diuina
 „dispositione, scepra paterni regni, iure here-
 „ditario obtinens etc. Andreas II. in diplom.
 „quod P. Nicol. Schmitth in episcopis Agriensib.
 „T. I. p. 114. exhibet: Andreas DEI gratia
 „Hungariae etc. venerandi regiae stirpis successo-
 „res, tam diligentem, tam circumspectam in suo-
 „rum antecessorum donationibus et institutis etc.
 „Ladisl. IV. in diplom. apud Peterff. in S. Conci-
 „liis ecclesiae Rom. Cathol. in regno Hungar. p. 92.
 „in ipso (Stephano) orthodoxae fidei, diuina
 „adstante clementia, sacrum redoleuit unguen-
 „tum, in ipso alluione coelestis gratiae pullu-
 „lante, vna cum reliquis sanctissimis regibus Hun-
 „gariae claro germine descendentibus, ab eo
 „regni gubernaculum fuscipimus et coronam.“

Pon-

r) In corp. laudato p. 201.



Pontifex Bonifac. VIII. proluxa in epistola, quam *Raynald. in annal. ecclesiast.* ad ann. 1303. num. 17. recitat, haec memorat: „licet - nobis „est notum, praedicta regna Siciliae, sicut pri- „mogeniturae ius obtinens clarae memoriae Ste- „phani regis Vngariae, patris sui, in eodem re- „gno propinquior est successor et heres, quon- „dam Ladislao regi Vngariae fratri suo, ex vtro- „que parente, per quod opitulatur eidem com- „munis iuris praesumptio, quae tali casu probandi „onus in aduersarium iuste transfert, quia etiam „quondam Carolus ipsius reginae primogenitus „(Martellum intelligit) dicti Caroli genitor, ha- „bitus est quasi communiter et praecipue per Ro- „manam ecclesiam, pro Vngariae rege, dum vi- „xit, nec ex parte dictorum Boemiae regis, et „filii, de iure competente, ipsis in Vngariae re- „gno praedicto allegatum est aliquid vel assertum, „nisi sola electio, quae de ipso filio regis facta „proponitur, quae, procul dubio, diuersis ex „caussis, prout rationum prima facies indicat mi- „nus legitima, immo prorsus inutilis esse vide- „tur, eo maxime, quod sicut scripti canonis se- „ries aperit, regnum ipsum Vngariae, successio- „nis iure prouenit, electionis arbitrio non defer- „tur, etc.“



§. XXIII.

Non haec tamen ita dicta esse velim, vt existimes, me statuere, primogeniti Principis Hungaros semper praecipuam habuisse rationem. Aetatem potius iustam et experientiam bellicam Hungari veteres maxime suspiciebant. Paucis regibus ea fortuna obtigit, vt fratribus exclusis, filios, ad sceptrum Hungaricum promouere potuissent. Semper fere Hungari ad fratres defuncti regis, quam ad filios, summam rerum deferre malebant. Non diffiteor quidem principes *ad genituram prouocasse*, et subinde *Primogenitorum regis* titulo in diplomatibus vti. *Maria I. in Confirmat. Andreae II. §. 3.* „nobis successoribus, et ordine „geniturae folium et coronam dicti regni Vngariae, ac sceptrum regni ipsius genitoris nostri „feliciter adeptis etc.“ In litteris, quae, in annalibus Raynaldi ad an. 1224. deprehenduntur, hunc in modum Pontifex Romanus scribit: „cum „charissimus in Christo filius noster, rex Bela „primogenitus charissimi in Christo filii nostri „Andreae regis Vngariae illustris etc.“ In archiuo vero Seczensis coenobii num. 17. documentum sequenti titulo exornatum deprehenditur: „DEI gratia rex primogenitus illustris regis Hungariae et dux Styriae etc.“



Bene tamen notandum est, Principes, qui his titulis sunt vsi, nullos habuisse agnatos aetate maiores. Denominati quoque sunt, patrum, qui adhuc regnabant, successores in regno. Neque penitus negauerim aliquos reges, id iam prius aetate egisse, vt ius in regno Apostolico succedendi ad primogenitum Principem reuocaretur s).

§. XXIV.

Forma haec imperii, apud vicinos quoque populos in primis Bohemos et Polonos fuit in vsu t). Fuit tamen illa, ne quid diffitear, imperiis perniciosissima, et turbis multis excitandis occasionem praebibat. Ex historia constat, eandem

s) Illustris Lib. B. de Kemény haec confuse proposuisse videtur. Existimat ille, apud Hungaros veteres, successionem primogenitorum, quam etiam linealem vocant, obtinuisse. Legas eius commentat. de iure succedendi *Cap. III. §. 6.* Si antiqua diplomata decretaque regum excussisset diligentius, facile errorem hunc grandem obseruasset. Meliori ordine eadem exponit *Lochner in facie iuris publici Vngar. Cap. I.*

t) Vid. *Melch. Goldast de regni Bohem. iuribus et priuilegiis Lib. VI. Cap. 4. seqq.* *Adam Frider. Glaffey Pragmatiche Geschichte der Krone Böhmen Cap. V. XVIII. Io. Dlugoffus Histor. Polon. Lib. IV. ad an. 1139. et Godofr. Lengnich ius publicum regni Polon. P. I. Lib. II. Cap. II. §. 1. seqq.*



dem cruenta bella ciuilia peperiiſſe. Reges naturali amore, quo in liberos feruntur, ſurrepti, fratribus ſuis eos antepoſendos ſaepe iudicabant. Id ergo dabant operam, vt antequam fatiſ interciperentur, filiis imperium ſummum, apud Hungaros, pararent. In fratres ergo accenſi, ſaeuire nulli dubitarunt. Hi vero fauorem populi et vicinarum gentium, captabant, regumque conamina irrita reddere connitebantur. Inde iurgia, caedes, et bella funeſta exoriebantur. Si domi duces fratribus impares ſe ſentiebant: ad auxilia extraneorum, in primis Romano-Germanicorum imperatorum confugere, non ſibi duxere religioni. Hi, in limites imperii dilatandos aliunde ſumma cura intenti, in turbido piſcari volebant. Ea de cauſſa, quoties per domeſticas res eis licebat, ordines validos in Hungariam ducebant, et nihil eorum faciebant reliqui, quae ad procurandam ducibus apud Hungaros Maieſtatem facere videbantur. Faciebant vero id, ea in primis de cauſſa, vt liberum regnum in clientelare potuiſſent conuertere. Prolixum et ab inſtituto praefenti eſſet alienum, haec ex hiſtoria diffuſius oſtendere. Interim, ſi haec nota ueris, cauſſas belli, quae inter Salomonem, Alnum, Ladislaum, Stephanum IV. Andream



II. et alios Principes regios exarferant, facile perfpicies u).

§. XXV.

Neque eo in eorum fententiam, qui mafculorum heredum femper maiorem habitam effe rationem, quam femineorum, exiftimant. Plurimum in his, regis merita et auctoritas valebant. Si quis regum, prae reliquis, fe reddiderat infignem, id interdum ab ordinibus regni impetrabat, vt, fuae filiae, vel forores, remotioribus agnatis anteponerentur. S. certe Stephano gloria haec honorque obtigerat. Nepotes eius ex fororibus, citius ad imperia Hungarica funt admiſſi, quam ducis Michaelis agnati poſterique mafculi x).

Alterum exemplum petendum eſt ex vita Ludouici I. Rex hic, quo Hungaria glorioſiorem habuit

u) Vid. Hungar. rer. Scriptor. in primis P. Pray in *annal. regum Hurgar. P. 1. Joſ. Benczur in Vngaria ſemper libera Cap. I. §. 4.* vbi haec, licet admodum ſuccincte, adducuntur.

x) Nolo in praefens inquirere, vtrum Giſela conſiliis ſuis aliquid ad id contulerit. Aetatis illius in commentariis nihil hanc in rem deprehendes. *Alold. de Peklarn ad ann. 1039.* rem ita commemorat: „Petrus in Vngaria ſuccedit, Stephani eius ex ſore nepos.“



habuit neminem, successorem in regno Mariam filiam suam esse volebat. Arcendos vero agnatos, quos in Italia habebat, a sceptris Hungaricis, ea in primis de causa iudicabat, quod manus crudeles foeda caede Andreae Principis Hungarici polluerint y).

E 3

Cap. IV.

y) Non dubito hac in re deferre auctori Hungariae liberae Cap. I. §. 4. Legas tamen etiam *Ioan. Kikelew apud Thurocz, Chron. P. III. Cap. 52. Paul. de Paulo in memorab. ad an. 1382. in primis diploma Reginae Mariae apud Celeb. Carol. Andr. Bel in Comment. de Maria Ludouici I. Principe filia, Hungariae non rege, sed regina p. 53. „Nos itaque consideratis fidelitatibus, et fidelium obsequiorum laude dignis meritis, „ipsorum fidelium nostrorum baronum Stephani et Ioannis baronum, quibus iidem olim Serenissimo Principi Domino Ludouico regi Hungariae, Poloniae, Dalmatiae cet. genitori nostro charissimo felicis memoriae, et tandem, eodem, nutu diuino mediante, absque heredum masculinorum solatio, ab hac luce discesso, nobisque, ex hoc, iure geniturae ad solium ipsius regni Hung. tanquam filius ipsius masculinus ipsius genitoris nostri transcendentibus, et sceptrum regiminis eiusdem regni nostri gubernantibus etc.“ Pauca de his, et confuse auctor reipubl. et status regni Hungar. Cap. VII. Io. Frider. Behamb in obseruat. Hungar. rer. Berneggeri et Schoedelii p. 177. seqq. Auctor des Staats der Kaiserl. und Erzherzogl. Erbländer Cap. V. p. 180. seqq.*



CAPVT IV.

DE

DVCIBVS HVNGARIAE.

§. XXVI.

Qui in historia Hungariae non prorsus sunt hospites, illis constabit, Hungaros, praeter regem, duces quoque habuisse. Magna vero horum erat in regno Apostolico auctoritas. Nolo multis de iuribus eorum et praerogatiuis commemorare. Id tantum agam, capite hocce, vt notionem aliquam potestatis, qua gaudebant, et connexionem, quae eos inter et regem sacramque coronam erat, suppeditem.

Primis sacrae Monarchiae saeculis, nullos alios Hungaria duces habebat, quam qui regio sanguine sati erant. At, vnum atque alterum post saeculum, non nulli quoque proceres, nomine hoc insigniri, apud nos, coeperunt. Ita, Ludouico I. regnante, dux aderat Munkacsien-
sis, Theodorus Kériatouich, qui titulo hoc su-
per-

perbiebat, ac potens erat homo in superiori Hungaria z).

Sub Matthia I. Wladislao II. et Ludouico II. duces Sirmienfes non incelebres fuere a). Filius quoque naturalis Matthiae Coruini, ducis Lipto- uienfis honoribus gaudebat b).

§. XXVII.

De his ducibus tenendum est, eos solo ti- tulo vfos esse. Iura, quibus prioris ordinis du- ces gaudebant, ad eos plane non pertinebant. Quod inde cognofcas, quod barones regni, pu- blicis in congressibus, locum eis non cefferint. Maior erat in regno Apoftolico auctoritas Pala- tini,

E 4

tini,

- z) Ducis³ huius documentum vide apud P. Nicol. Schmith in *episcopis Agriensibus P. I. p. 303.* Legas quoque de eodem *Caroli Andreae Bel prolusionem de Almo duce Hungariae*, quae anno 1765. prodiit.
- a) Iam pater huius Nicolaus, titulo hoc est vfus, vide cita- tam *prolusionem Belii p. 9. et P. Samuel. Timon in imagine Hungariae nouae Cap. VIII.* Desit Laurentius esse inter viuos anno 1521. nullosque heredes mascu- los superfites reliquit.
- b) Legas *Ludouic. Tuber. in commentar. de temporibus suis Lib. I. §. 6. 13. Anton. Bonfin. Dcc. IV. Lib. IX. et X.* Matthias rex, extremis annis, totus in eo fuit, vt naturali huic filio suo regnum procuraret. Legas *Io. Dubrau, Histor. Bohem. Lib. 31.*



tini, Iudicis Curiae, bani Sclavoniae, cet. quam posterioris ordinis ducis. Res ipsa ex decretis et monumentis publicis optime cognoscitur. Duces namque hi, summa munera aulica, baronatus regni Hungari vocant, haud illubentes acceptabant: non tamen alium locum inter barones regni accipiebant, quam qui honori eorum debebatur. Ita, Laurentius dux Sirmiensis saec. xv. praecipite, banus erat Machouiensis, et in subscriptione decreti anni 1492. nomen suum post Palatinum comitem Stephanum Zapolya, Iudicem Curiae Stephanum Bathory, et Paullum Kinefei Comitem Temesiensem professus est c). Hoc rege regnante, heros ille incomparabilis Ioannes Coruinus, banus Croatiae, Dalmatiae et Sclavoniae fuit, quartumque inter barones regni locum tenuit d). Anno 1498. idem dux nullum baro-

c) Quae, post duos annos et sequenti demum tempore, procurata sunt decreta, subscriptione eius non sunt firmata. Cur? Existimo causam aliam nullam esse, quam quod annis his nullum administraverit regni baronatum. Quod si verum est, id quoque admitti debet, ad baronis alicuius regni honores consequendos, solum ducis titulum non suffecisse.

d) Anno 1492. Coruinus necdum regni baro erat. Banum vero Croatiae, Dalmatiae et Sclavoniae constat fuisse Ladisl. de Egervara. Vide *Decret.* anni 1492. §. 3. in confirmatione. Anno 1495. banus Croatiae, Dalma-



baronatum sustinebat, et banum Croatiae, Dalmatiae et Sclauoniae, ea tempestate, Georgium de Kanisa habebat e). Post biennium, munus hoc ad Coruinum rediit f).

Vnde constat, baronatus regni ad tempus aliquot tantum adhuc fuisse collatos. Rex, post vnum alterumque annum, illos in alios viros illustres transferre poterat g).

E 5

§. XXVIII.

matiae et Sclauoniae quartus erat in ordine inter barones regni. In *Confirm. Decreti* eiusd. §. 6. seqq. forma id exprimitur: „Spect. ac Magnificis Stephano de „Zapolya comite perpetuo terrae Scepusiensis, et dicti „nostri regni Vngariae Palatino, comite Petro Gereb „de Wyngarth iudice Curiae nostrae, Bartholomaeo „Dragffi de Belthök, Waivoda nostro Transilvano et „comite Sicularum, Ioanne Coruino, Opauiae, Liptouiae duce, nec non regnorum nostrorum Croatiae, „Dalmatiae et Sclauoniae — banis.“

- e) Vid. *Decret. b. Confir.* §. 6. Conf. etiam art. 22. quo barones regni et praecipui comites enumerantur.
- f) Artic. 43. *Decreti* anni 1500. §. 6. „item spectabilibus et magnificis Petro Gereb de Vingarh, praedicti regni nostri Vngariae Palatino, et iudice Comanorum, honore iudicatus Curiae nostrae vacante, Petro comite de Bczyn et de S. Georgio, Waivoda nostro Transilvano, et comite Sicularum, Ioanne Coruino, Opauiae et Liptouiae duce, nec non regnorum nostrorum Dalmatiae, Croatiae et Sclauoniae bano etc.
- g) Ante annum 1526. ne quidem Palatini dignitas ad dies vitae conferebatur. Dec. 1526. artic. 22. Matthias Corui-



§. XXVIII.

Non solum domestici duces tales, sed externi quoque Principes, felices se reputabant, si inter barones regni Hungariae referebantur. Et licet aliis in regionibus comitibus superiores fuerint: nostri tamen comites, qui dignitate eminentiores erant in regno, priorem quoque in congressibus capiebant locum. Ladislaus, quem scriptores Ludouicum etiam vocant, Oppelenfis, cognatus Ludouici I. regis, Palatini honores in regno Apostolico capessere non dubitabat. Adponere vero solebat in scriptis publicis nomen suum, post regni episcopos *b*). Hermannus comes Cileiensis erat sacri Romani Germanici imperii comes, qui Principum imperii iura omnia est con-

fe-

uinus, Ladislao Gara exautorato, Michaellem Orzagh Palatinum creabat. Nec Gara id aegre ferebat, nec quidquam alter ex regni ordinibus. „*Bonfin. Dec. IV. Lib. I.* hunc (Orzaghium) Matthias, ob singularem „prudentiam, experientiam rerum et aequitatem, ab „dicato Ladislao Gara, Palatinum creauit.“

b) In diplom. quod P. Nicol. Schmitth in episcopis Agriensib. T. I. p. 319. recitat, hunc deprehendes ordinem: „Venerabilibus in Christo patribus et Dominis, Thomae Strigonienfi, fratre Stephano Colocensfi etc. ecclesias DEI feliciter gubernantibus, Magnificis viris „Domino Ladislao duce Opulienfi, regni nostri Palatino, Nicolao Waivoda Transilvano cet.“

secutus i). Ille idem banus Croatiae, Dalmatiae et Sclauoniae fuit, nomen tamen suum non nisi post Palatinum regni et iudicem Curiae in actis publicis est professus k). Nec id sufficere videbatur ad Principatum inter Primores regni ei concedendum, quod focer fuerit Palatini regni Nicolai Gara, immo ipsius regis Sigismundi l). Eadem ratio eorum erat, quae procerum hodie-

no-

i) Comites Cileienses Carolus IV. inter comites, Sigismundus vero filius eius, inter Principes imperii retulit. Vide *Chron. Comit. Cileiens. apud Simon. Frideric. Hahn in collect. monument. veter. et recentiorum ineditorum etc. T. II.*

k) In *Decreto* anni 1535. artic. 24. §. 6. „Magnificis „Matthijuff de de Palocz praediſti nostri Vngariae Palatino, Spectabili ac Magnifico Hermanno Ciliae et Zagoriae comite, focero nostro charissimo totius regni „nostri Sclauoniae bano etc.“ Haec vtut ita se habeant, Ladislaus tamen rex Galitiae et banus totius Sclauoniae, Stephano Comiti Palatino antepositus est in diplomate apud P. Nicol. Schmitth in *histor. episcop. Agriensium T. I. p. 159.* Forte inde arcessienda erit caussa, quod rex Galitiae seu Halliciae fuerit. Notum est, Polonos quoque regioni huic inhiasse auidius. Quare colere debebant nostri ducem Halliciae, eique primum in congressibus publicis concedere locum.

l) Euidencia haec sunt ex diplomatibus. Conf. *Chron. Cileiense apud Hahn. p. 679.*



norum regni Hungariae, qui titulo S. R. Germanici imperii principum glorianantur *m*).

§. XXIX.

Longe excellentiores his fuere duces regio fati sanguine. Potentes hos fuisse Principes inde iam cognoscas, quod tertiam regni Apostolici partem tenuerint. Tenendum vero est, plures vel pauciores fuerint, illud Hungaros parum curasse. Siue enim vnum Hungaria habuerit, siue plures, tertia pars regni Apostolici, eorum ad Principatum pertinebat *n*).

Natales potestatis, qua duces huius ordinis gaudebant, non facile detexeris. S. Stephanus nullos reliquit liberos superstites, erant tamen
 eidem

m) Habet Hungaria, nostra aetate, tres eiusmodi Principes, Primus est Archiepiscopus Strigoniensis, alter ex illustri gente Eszterhaziana, tertius Carolus Batthyanyi anno 1764. honore hoc auctus. Primus omnes sacri ordinis viros in Hungaria anteit, non tamen propterea, quod Princeps sacri Romani imperii, sed quod Primas sit regni Apostolici Hungariae. Posteriores nulla praerogatiua peculiari, quod Principes sint sacri Romani Germanici imperii, apud Hungaros gaudent. Vltimum ne quidem baronem regni in praesens esse, discas ex *Decreto* anni 1765. art. ultimo, seu conclus. eius.

n) Loquuntur id complura diplomata, et supra iam ostensum est.



eidem agnati regii Principes. Qui, vtrum tertiam regni Apostolici partem tenuerint, vel minus, ignoro. Decreta regis huius meminerunt Principum o): quo quidem vocabulo regios indigitari Principes haud illubens largior. Non facile tamen, hoc ex decreto, Principum horum praerogatiuas erueris.

Plerique scriptores potestatis huius ducibus Principibusque regiis adtributae, faciunt auctorem Andream I. Perhibent hi, regem hunc Apostolicum, fratribus suis Adalberto, et Leuentae tertiam regni partem, cum ducis Hungariae titulo concessisse p). Fratrem eius Adalbertum, tertiam regni partem cum ducis Hungariae titulo habuisse; vix potest dubitari q).

§. XXX.

Tertiam partem regni Hungariae duces sua sub potestate habuisse, nulla quidem eget probatione.

o) *Decret. I. Cap. 4.* „quartus decor regiminis est fidelitas, „fortitudo, aegilitas, comitas, confidentia Principum, „baronum, comitum, militum, nobilium, etc.“

p) *Thurocz in Chron. P. II. Cap. 42. Bonfin. D. II. Lib. 5.*

q) *Bonfin. Dec. II. Lib. II. Thurocz P. I. c. 15.* Andreas III. hoc sub praetextu, Ludouico IV. adhuc in viuis existente, in Hungariam venisse, et tertiam regni partem petere voluisse dicitur. *Thurocz P. II. c. 82.*



tione. Si tamen quaeras, quae illa fuerit, et qui comitatus ad eam pertinuerint, Oedipus vix quaestionem hanc soluerit *r*). Ex antiquis documentis, non obscure colligitur, duces hos Hungariae, mox hanc, mox aliam partem regni Apostolici possedisse. Tradunt aliqui ad Belam, Poloniae vicinam partem regni pertinuisse, sedemque eius, seu megam *s*), in castro Saros esse quaerendam *t*). Ad Belam III. quamdiu Stephanus III. frater eius et duo patrum, Ladislaus scilicet, ac Stephanus IV. vixere, Dalmatiae pars pertinebat *u*). Stephanus V. viuentem adhuc patrem Bela IV. rex iunior, dux Transilvaniae et dominus Comanorum vocabatur *x*). Certe Croatiae et Sclauo-

r) *Carol. Andr. Belius in polusione academica de Almo duce pag. 8.*

s) Ita vocatur in *Decreto II. Colomanni regis art. 12.* et inde vocula Varmegye orta est.

t) *Thurocz P. II. Cap. 42. Bonfin. Dec. II. Lib. II. Carol. Andr. Bel loc. excit.*

u) Vide *Io. Cinnam. de rebus gestis Imperat. Constant. Ioannis et Manuelis Lib. IV.*

x) In diplomate memorabili quod *Matthias Belius in notitia regni Hung. T. I. p. 118. euulgauit.* Ita illud incipit: „Nos Stephanus Dei gratia iunior rex Vngariae, dux „Transiluanus, dominus Cumanorum, cet.“

Sclauoniae pars magna ad ducebat y).

Ex saeculi XIII. documentis adparet, si plures regii Principes aderant, primum inter eos regis iunioris, alterum ducis Croatiae, Dalmatiae et Sclauoniae, titulis esse vsos, hisque prouinciis praefuisse z). Id quoque non obscure inde potest deduci, Principes regios, ea in parte regni portionem, in qua regi eam assignare placebat, esse consecutos. In diplomate Stephani V. anni 1262. in notitia regni Hungariae a), sequentia deprehendo verba: „Prote-
„stantes, vocantes, et clamantes, nos, con-
„tentos, quietos, et bene pacatos, IIS QVAE
„CHARISSIMVS PATER NOSTER ILLVSTRIS
„REX VNGARIAE, nuper in compositione, inter
„ipsum, et nos, in Posonio habita, IN DVCA-
„TV,

y) Ladisl. Sanctus, Croatia subasta, ducem Almu eidem praeficiebat. Io. Lucius de regno Dalmatiae et Croatiae Lib. III. Cap. I. et Cinnamus l. cit. Lib. IV.

z) Andreas II. in diplomate de anno 1198. apud Lucium Lib. III. c. 13. „Ego Andreas II. Belae regis filius,
„DEI gratia, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Coloniae-
„que dux in perpetuam, etc. Ea de causa, prouinciae hae interdum ducatus Sclauoniae vocantur. Vide cit. Dipl. Stephani V. apud Belium T. I. p. 119.

a) T. I. notit. R. Hungar. p. 118.



„TV, TERRIS, CASTRIS, VILLIS, REDITI-
 „BVS, NOBIS DEDIT, concessit, et assignauit,
 „quoad vsque vixerit ipse charissimus pater no-
 „ster cet.“ In eodem diplomate: „praemittimus
 „etiam tactis euangeliis, et sanctorum reliquiis,
 „quod ecclesiarum, baronum, feruientium, feu
 „nobilium, IN PORTIONE REGNI NOBIS AS-
 „SIGNATA, iura immunitates status et priuilegia
 „conseruabimus, cet. b)“

§. XXXI.

Placet de ducibus his regiis sequentia adhuc
 adhuc adducere.

I) Eos peculiare domicilium et administros
 habuisse c). Barones regni pauciores, et paucis
 etiam ducibus erant d).

II) Mul-

b) Conf. *M. Thurocz Chron. P. II. cap. 66.*

c) *Decret. I. Colomanni Cap. 12.* „ducis ministri, qui in
 „mega regis sunt, et regis, qui in mega sunt ducis, an-
 „te comitem et iudicem, minores vero ante iudicem
 „delitigent.“

d) In Diplom. Stephani V. supra excitato, Palatini, iudi-
 cis Curiae, Magistri Tauernicorum, Belae IV. et filii
 eius Stephani V. deprehenduntur, Barones Andreae et
 Michaelis fratrum Stephani V. nulli, in eodem, recen-
 sentur. Pauca admodum producentur documenta, quae
 baronum, quos duces habebant, faciunt mentionem.



II) Multos proceres, nobiles et vrbes, eorum sub potestate fuisse *e*). Inde, necessaria consecutione fluit

III) eos, omnibus regni ordinibus, adeoque Archiepiscopis etiam, et baronibus regni praeiuisse *f*).

Haec, vt vera sunt, ita quoque adfirmari debet, eos, regis subditos fuisse, ad leges, quas rex pertulit, se conformasse, frequentasse comitia, expeditiones aduersus hostes patriae cum rege Apostolico suscepisse *g*). Plures eorum praerogativas illos exponere oportet, qui ius publicum regni Hungariae ex instituto pertractant.

§. XXXII.

e) In tertia enim regni parte multi erant magnates, nobiles, et vrbes. Euidens id etiam est ex documento §. praeced. adducto.

f) Non facile produces documentum, quo docere posses, Principem aliquem regium, baronatum aliquem regni acceptasse. Croatiae, Dalmatiae et Sclauoniae regna alias per banos administrabantur. Si tamen Princeps regius regnis his praeerat, banus duci erat subiectus. In subscriptione regionum decretorum et priuilegiorum duces frustra quaesiueris. Quae est caussa? Crediderim, non aliam, quam quod longe superiores episcopis omnibus et baronibus regni fuerint.

g) M. Io. Thurocz Chron. P. II. cap. 49.



§. XXXII.

Ex illis, quae hucdum disputavi, nulla fere opera cognosces, ducis eiusmodi potestatem regno Hungariae fuisse perniciosam. Principes regii habebant ius in regno succedendi. Forma regiminis Hungarici, Principi, quem aetas primum in gente regia esse volebat, plurimum iuris ad coronam consequendam adferre videbatur (Cap. III. §. 23.). Reges subinde honore hoc eisdem priuare, illumque suos in filios transferre volebant (Cap. III. §. eod.). Hi, pro forma regiminis retinenda, tanquam pro aris et focus pugnabant. Quia vero auctoritate et potentia plurimum valebant: multa inde exitiabilia exoriebantur bella *b*).

CAPVT

b) Adtigi iam haec superius, et facile etiam ex historia, si pretium operae esset, exemplis multis illustrarem. Non Hungaria vero tantum, sed Bohemia, ac Polonia, iisdem malis obnoxia fuerat: et propterea utraque gens, ante aliquot saecula, ab hac consuetudine recessit.



CAPVT V.

DE I V N I O R E R E G E.

§. XXXIII.

Capite superiore euidenter ostensum est, honorem ducis Hungariae regno Apostolico valde detrimentosum fuisse. Hoc tamen non obstante, ordines regni, non solum malo huic non occurrebant: sed sacculo XIII. illud auxisse etiam videntur. Placuit namque regnum duas in partes reducere, duobusque Principibus rerum summam tradere. Posterior, *rex iunior* vocabatur, prior vsitato regis Hungariae, Croatiae cet. titulo tantum vsus est. Rex iunior primogenitus regis fuit, et sequenti titulo decorabatur: „Bela „DEI gratia rex primogenitus regis Hungariae *i*).

Paullo post ita suos exprimebat titulos: „Stephanus Dei gratia rex primogenitus illustris regis Hungariae et dux Styriae cet. Et in alio documento: Nos Stephanus Dei gratia iunior rex Hungariae, dux Transiluanus, dominus Comanorum *k*).

F 2

Quo

i) Apud *Raynald.* complura diplomata, in quibus tituli hi occurrunt, deprehendes.

k) In *Diplomat. Styriae num. 17.* et *Belii notitia T. I. p. 118.*



Quo vero maiorem hic consecutus est potestatem, eo magis rex, qui senior, seu maior vocari potest, constringebatur. Inde lites, ex libris vero bella complura, duos inter reges in Hungaria enascebantur.

§. XXXIV.

Originem nouae huius potestatis ab aetate Andreae II. arcessendam esse existimo. Rex hic nullos fratres habebat. Non difficili ergo opera rem eo perduxerat, vt, antequam decederet, maximus natus filius suus Bela IV. coronaretur. Videtur id proprio nutu et auctoritate Andreas fecisse. Quo anno, si quaeras, respondere non possum. Id negari nequit, coronationem hanc, praecessisse sacram eius, quam in Palaestinam suscepit, expeditionem *l*). Patrem suum Bela IV. hac

l) Honorius in epistola ad Andream II. apud Od. Raynald. ad ann. 1117. ita scribit: „Dispositionem, quam de „terra tua fecisti, regnum Vngariae primogenito tuo „Belae, regnum vero Galiciae Colomanno relinquens, „et eorum alterutri, vel vtrique, sine liberis decedenti „Andream instituens successorem, sicut iuste et prouide „facta est, auctoritate Apostolica, confirmamus cet. „Et Vgrinus Archiepiscopus Colocensis ad ann. 1223. „inde est, quod vestrae significandum esse duximus „sanctitati, quod cum dominus noster rex Vngarorum, „de partibus vltamarinis rediens, per terram nobilis „viri



hac in re imitabatur. Adhuc enim ante annum 1259. Stephanum filium suum in partem curarum sumserat *m*). Quantum ex historia et diplomatistis mihi cognoscere licuit, duos hos tantum Hungaria iuniores habebat reges. Causam etiam ex historia reddendam esse existimo. Ladislaus IV. dum patrem in imperio exciperet, nec dum ex ephebis excesserat. Princeps hic nullos liberos habuit. Post hunc, Carolus I. rex, primus fuit, quem DEVS plurimum filiorum patrem esse volebat. Rex hic nouam imperii formam apud Hungaros orsus esse videtur, qua de re infra *n*).

F 3

§. XXXV.

„viri Lascari transitum faceret, filiam eiusdem FILIO „suo PRIMOGENITO, BELAE illustri, IAM IN REGEM CORONATO, et in regni gubernacula post, Deo „propitio successuro, desponsauit vxorem.“ Notandum est, vxorem quoque regis huius iunioris, dum ad thalamum eius ex Graecia adduceretur, solemniter esse coronatam. Probo id ex laudata Vgrini epistola: „Eandem etiam nobilem, vt nulum decet regiam, secum in suam terram adducens, recepto prius „a nobilibus regni, qui tunc in traductione puellae, absentes erant, sollempniter sacramento, filio suo memorato tradidit in vxorem, IPSAM nihilominus, OMNI „SOLEMPNITATE ADHIBITA, IN REGINAM VNGARIAE CORONARI FACIENS et inungi. Vide document. apud *Raynald ad ann. 1223.*

m) In *Diplomat. Styriae* 17. num.

n) Filius eius Ludouicus I. post fata demum patris corona sacra



§. XXXV.

Mihi vero hic probandum in primis est, Andream II. et filium eius Belam IV. proprio nutu, iuniores reges notabili Apostolici regni parti prae-fecisse. Id vero diplomata etiam loquuntur. Placet Stephanum V. audire, qui in celebri illo, quod *Matthias Belius* adduxit diplomate, ita rem exprimit: „nos Stephanus Dei Gratia, iunior rex „Vngariae, dux Transilvanus, dominus Comano- „rum — corporaliter iuramus, sine omni coactio- „ne, necessitate et cohortatione, sed spontanea „et libera voluntate, confitentes, protestantes, vo- „cantes et clamantes, nos, contentos, quietos, „et bene pacatos, iis, quae charissimus Pater „noster, illustris REX VNGARIAE, nuper, in com- „positione, inter ipsum et nos, in Posonio habi- „ta, IN DVCATV, TERRIS, CASTRIS, VIL- „LIS, REDITIBVS, NOBIS DEDIT, CON- „CESSIT ET ASSIGNAVIT, quoad vsque vixe- „rit ipse charissimus pater noster cet.“ o). Et aliis nonnullis commemoratis, ita iterum: „Prae- „frito

facra est redimitus. Vide *Io. Kikelew* apud *M. Thu- rocz in Chron. P. III. Cap. I.* Fratribus duobus, quos habebat, alibi adparabantur imperia. Post Ludouici huius fata, Hungarici reges, longo tempore, filiis de- stituebantur, quod ex historia constat.

o) Apud *Belium in not. regni Hung. T. I. p. 118.*



„stīto etiam promittimus iuramento, quod omnes
 „Principes, barones, seu quoslibet seruiētes cha-
 „rissimi patris nostri IN PORTIONE REGNI NO-
 „BIS ASSIGNATA, domicilia et possessiones
 „obtinētes cet.“ *p*). Honorius vero pontifex
 ad Belam IV. iuniorem regem anno 1223. ita scri-
 bit: „Quocirca, serenitatem tuam monemus et
 „hortamur attente, quatenus IN EA REGNI PAR-
 „TE, QVAM EX ORDINATIONE PATRIS TVI
 „HABES, alienationes easdem reuocare procu-
 „res cet.“ *q*).

Si quaeras, quam regni partem iunior rex
 acceperit, repono, me id ignorare. Ex addu-
 cto primo loco diplomate, patet, Transiluaniam,
 Cumaniam, et partem Hungariae iuris eius esse
 factas *r*).

F 4

mita-

p) In eodem cit. diplomate p. 120.

q) Apud Raynald. ad ann. 1225.

r) Raynald. ad ann. 1234. Breue Pontificis adducit ad Be-
 lam IV. expeditum, in quo sequentia commemoran-
 tur: „Gregorius Belae regi primogenito regis Vnga-
 „riae. In Cumanorum episcopatu, sicut accepimus,
 „quidam populi, qui Valachi vocantur, existunt, qui
 „etsi censeantur nomine Christiano, sub vna tamen fi-
 „de, varios ritus habentes etc. Cum autem tu, tan-
 „quam Princeps Catholicus, ad commonitionem dilecti
 „filii nostri Iacobi Praenestini electi, praestito iuramen-



mitatus, adhaereo. Nec id mihi constat, vtrum ea Stephano V. quae patri eius Belae IV. qua regi iuniori, obtigerit portio. Disquisitionem hanc penuria documentorum reddit difficiliorē s).

§. XXXVI.

Placet adhuc adducere aliquot positiones, ex quibus notio aliqua iunioris regis erui potest.

I) Iunior rex magnam regni Apostolici partem tenebat t).

II) Nec

„to, promiseris, te, omnes inobedientes Romanae ecclesiae compulsurum, prout confectae super hoc tuae „litterae continebant, ac eidem electo viua voce promiseris, quod praefatos Valachos compelleres ad recipiendum episcopum, quem eis ecclesia ipsa concesserit, et assignasse sibi de redditibus tuis, quos ab „eis percipis, sufficientes redditus et honestos etc.“ Euidentiore adhuc res haec est ex laudatis diplomatibus, quae *Belius in notitia T. I. p. 118.* publici iuris fecit.

s) Ex documentis excitatis illis, quae Andrea II. et Bela IV. regnantibus euenerant, probabile est, Stephanum V. qua regem iuniorem, longe maiorem tenuisse partem regni, quam Bela IV. ab Andrea II. acceperat. Hac tamen liberalitate Bela IV. auctoritatem suam valde labefactauerat.

t) Fere dimidiam ditionum Hungaricarum tenebat partem, quod ex diplomatibus, quae apud *Belium T. I. p. 118. seqq.* recitantur, colligitur.



II) Nec administratos tantum peculiare habuit; sed etiam barones regni *u*). Hi vero fuerunt, Palatinus regni, iudex curiae, magistri Tauernicorum, dapiferorum, alii *x*). Mira res! Saeculo XIII. Hungaria duos habebat reges, Palati-

F 5

nos

u) Diploma, cuius *P. Pray in annalibus regum Hungar. P. I. p. 219.* facit copiam, haec extrema habet verba: „Bela Dei gratia rex, primogenitus regis Hungariae „etc. Datum per manus Matthiae, Praepositi Zagrabienfis, aulae nostrae Cancellarii, anno gratiae 1229. „Pous Tauernicorum, Chaz Dapiferorum, Poufa filio Solum Agazonum nostrorum magistris existentibus.“ Clarius adhuc haec exponuntur in diplomate apud *Bel. T. I. p. 118. seqq.*

x) In eodem diplom. „Nos Stephanus, Dei gratia, iunior „rex Vngariae, dux Transiluanus, dominus Cumanorum, significamus omnibus praesentium per tenorem — mediantibus venerab. patribus, Philippo dei gratia Strigonienfi, aulae charissimi patris nostri Cancellario, et Smaragdo Colocensi, aulae nostrae Cancellario, Archiepiscopis, Philippo episcopo Vaczienfi, „aulae charissimae consortis nostrae Cancellario, Ioanne Praeposito Orodienfi, electo Sirmienfi, Mag. Praeposito Scybinien. Aulae nostrae vice Cancellario, „cum consensu, beneplacito, voluntate et approbatione vniuersorum baronum et nobilium nostrorum, „nec non requisito Principum Cumanorum consilio.“ Eodem in diplomate, loquitur Stephanus V. de Palatino, iudice Curiae regiae, et aliis iudicibus baronibus suis.



nos iudices Curiae, magistrōs Tauernicorum, dapiferorum regalium, cancellarios, procancellarios cet. Non diutamen duplicati honores durabant. Scilicet, non nisi tam diu, donec Bela IV. et Stephanus V. reges erant iuniores y). Tam insignis mutationis in systemate imperii Hungarici Andreas II. rex erat auctor. Rex ergo solus est, qui potestatem habet numerum baronum regni augendi, diminuendi, duplicandique z).

III) Habuit ius hostibus suis bellum denunciandi gerendique. Id tantum praecauere eum oportebat, ne, inter se, et patrem ac fratres suos res deueniret ad bellum a).

IV) Po-

y) Legas num. praeced. cit. dipl.

z) Hinc concludas, baronatus regni necdum ad dies vitae esse collatos, quod iam supra est ostensum.

a) In cit. apud *Belium T. I. p. 118.* diplomate: „et pro-
 „mittimus, contra ipsius coronam, vel regni sui, vel
 „charissimi fratris nostri Belae ducis, ducatus et iurium
 „vtriusque imminutionem, laesionem, praeiudicium
 „seu grauamen, nihil cogitare, attemptare, agere,
 „vel aggredi, palam vel occulte, fraude, vel inge-
 „nio, vel aliqua machinatione, per nos, vel nostros
 „barones, nobiles, regnicolas, vel Cumanos nec non
 „extraneos reges, duces, Ruthenos, vel Polonos, vel
 „cuiuscunque exterac nationis homines.“



IV) Potestatem quae habebat foedus cum exteris ineundi *b*).

V) Habuit ius subditis suis leges ferendi: Secundum has actiones eorum diiudicabat, eosque pro merito poena vel praemio adiciebat *c*).

VI) Sal, qui ex terrae visceribus eruebatur et excoquebatur, duas in partes diuidi debebat. Earum altera ad regem ipsum, altera ad filium eius, iuniorum regem pertinebat *d*).

Prae-

b) Haec ex praecedentibus elucent. Mox vero Stephanus promittit, se patri aduersus omnes hostes auxilia latu- rum: „Sed potius promittimus eidem charissimo patri „nostro assistere, auxiliari, et esse praesidio, contra „omnes, qui in eum insurgerent, et eiusdem maiesta- „tem offendere molirentur, ipsius regnum, vel regni „terminos, turbare et molestare volentes, pro viribus „expugnando.“

c) Euictionem tamen libertatum, quae ad ordines regni Stephano V. subiectos spectabant, in se suscepit Bela. *Eodem in dipl. p. 120.* „actis euangelicis et sanctorum „reliquiis, quod ecclesiarum, baronum, seruien- „tium, seu nobilium, in portione regni nobis assigna- „ta, iura, libertates, immunitates, status, et priuile- „gia, conseruabimus, et quantum in nobis est, facie- „mus et conseruare curabimus, cum effectu, secundum „continentiam et tenorem litterarum nostrarum, super „huiusmodi ordinationibus confectarum etc.“

d) *In eod. dipl. p. 120.* „Promittimus etiam sub praestiti „iuris-



Praecipuum tamen ius regis iunioris, in eo consistebat, quod

VII. proximus coronae fuit heres, patreque demortuo, statim toto in regno imperare coepit e).

Vtrum

„iurisiurandi religione, nos, medietate salium terre-
 „strium et aquaticorum esse contentos, alia medietate,
 „tam terrestrium, quam aquaticorum salium, patri no-
 „stro charissimo, secundum conventionis apud Posonium,
 „inter ipsum, et nos habitae, tenorem, iure integro
 „remanente. In qua medietate vtrorumque salium, of-
 „ficialis suus, cum officiali nostro, in medietate no-
 „stra, quantum ad officium salium pertinet, vtetur
 „et fruetur, per omnia, quo iure et populi, qui salis
 „fossiles vocantur, pro medietate spectabunt ad suum
 „officiale, et pro medietate alia ad nostrum, vtrique
 „tamen suis sumtibus, conducent salium incisores, et
 „per omnia paris erunt iurisdictionis, etc.“

e) Coronari tamen debebat, quoties regnum adibat, quod Belae IV. exemplo comprobatur. *M. Rogerius in miserabili carmine, seu historia, super destructione regni Hungariae Cap. 4.* Fuisse vero regem hunc, viuentem adhuc patre suo Andrea II. coronatum, ex litteris Archiepiscopi Colocensis ad summum Pontificem anno 1223. datis, elucet. „Inde est, quod vestrae significandum
 „duximus sanctitati, quod, cum Dominus noster rex
 „Vngarorum de partibus inframarinis rediens, per
 „terram nobilis viri Lascari transitum faceret, filiam
 „eiusdem filio suo primogenito Belae illustri, iam in
 „regem



Vtrum vero rex iunior patris cliens vel subditus fuerit, vel minus, ignoro. In excitato *Be-
tii diplomatae* T. I. p. 120. sequentia occurrunt
verba: „Item promittimus, quodsi comes Pala-
stinus noster, vel alii iudices nostri, baronibus,
seu seruiantibus charissimi patris nostri, in caus-
sis possessionum, et aliis conquererentur, ex
caussa probabili se grauari, nos, ad insinuatio-
nem et requisitionem venerabilis patris Sma-
ragdi Archiepiscopi Colocensis personaliter
praedictorum iudicum sententias et processus,
audire et emendare tenebimur, iuxta modum
praestiti super hoc specialiter sacramenti. Prae-
stito etiam promittimus iuramento, quod omnes
Principes, barones, seu quilibet seruiantes cha-
rissimi patris nostri in portione regni nobis af-
signata, domicilia et possessiones obtinentes, in-
eundo ad ea, et morando in eis, ac redeundo
ad memoratum carissimum patrem nostrum, in
pace tranquilla, quiete pacifica et securitate,
gaudeant inconcussa, eo praetextu vel occa-
sione, quod charissimo patri nostro adhaese-
runt, vel qui in futurum adhaeserint, cum ad-
haerendi ei, et sequendi eum, vniuersi regnico-
lae iuxta ordinationem factam, largam licen-
„tiam

„regem coronato, et in regni gubernacula, post, DEO
„propitio, succelluro, desponsauit vxorem, cet.“



„tiam et liberam habeant facultatem, nullum
 „metum, nullam omnino formidinem habituri,
 „sed in personis, possessionibus, familiis, terris
 „et territoriis, ac bonis omnibus indistincte ple-
 „na pace gaudeant, securitate pacifica iucunden-
 „tur cet.“

Hac obligatione se Bela IV. cum filio Step-
 hano V. colligauerat. Non sine fundamento tamen
 interrogare possum, cur, hoc in diplomate, Ste-
 phanus patri obsequium et obedientiam non
 praestiterit? Forte propterea, quod sua in parte
 Apostolici regni Princeps liber plene fuerit, et a
 nullo dependens. Quid, si ministros suos et
 barones etiam regni pro arbitrio sibi delegerit?

Occurrunt tamen nonnulla etiam, quae in
 contrarium adduci possunt. Rex subditis regis
 iunioris priuilegia concedebat *f*), libertates eo-
 rum

f) Notum est, Andream II. regem, Saxonibus, qui sub auo
 eius Geysa II. domicilia in Transiluania sunt consecuti,
 insigne anno 1224. contulisse priuilegium. Lege illud
 in *Toppeltini origin. et occas. Transiluaniae Cap. III.*
 Ex historia praeterea, et diplomatibus, notum est, Be-
 lam, iam ea tempestate iuniorem regem fuisse, Tran-
 siluaniamque tenuisse. Hinc ergo concludere licet, pa-
 trem regem, ius habuisse subditis regis iunioris priui-
 legia conferendi.



rum protegebat, et, hi, ad eum, quoties suo a Principe iniuriam sibi illatam esse credebant, confugiebant g). Argumento haec esse videntur, regem iuniorem, patri suo subordinatum fuisse, etiamsi forte ei subiectus non fuerit.

Eo minus ostendere possum, vbinam locorum, iunior rex, et quo in comitatu, fixerit sedem.

Cap. VI.

g) In saepe laudato *Diplom.* apud *Bel. T. I. p. 120.* „Pro-
 „mittimus etiam tactis euangeliiis, et sanctorum reli-
 „quiiis, quod ecclesiarum, baronum, seruientium, seu
 „nobilium, in portione regni nobis assignata, iura, li-
 „bertates, immunitates, status et priuilegia conserua-
 „bimus, et conseruare curabimus, cum effectu, se-
 „cundum continentiam et tenorem litterarum nostra-
 „rum, super huiusmodi ordinationibus confectarum,
 „quarum mentionem fecimus in praemissis, cet.“ Pro-
 stant aenei nummi, qui postica parte, imaginem b.
 Mariae virginis, sinistris in vlnis Iesulum requiescen-
 tem tenentis, antica vero duas in aequales areas diui-
 sa, duos reges, duobus in solis confidentes, dextra-
 que manu sceptrum, sinistra globum regium sustinen-
 tes exhibent. Ad latus vnus regis, litterae REX BE-
 LA, ad alterius vero REX SCS,prehenduntur.
 Quibus quidem litteris Bela IV. et filius eius Stephanus
 V. rex iunior exprimuntur, existimarimque in memo-
 riam foederis illius, cuius *Matth. Bel. in not. regni
 Hung. P. I. p. 118. seqq.* tabulas exhibet, esse procu-
 sos. *Leg. Godofr. Schwarz rei nummariae e medio ae-
 uo specimen, Osuabrugi 1747.*



C A P V T VI.

DE

CORREGENTIS POTESTATE.

§. XXXVII.

Postquam reges Hungariae obseruassent, regis iunioris auctoritatem plurimum ad securitatem publicam turbendam contulisse: abrogandam illam esse iudicabant. Carolus I. tres filios reliquit superstites. Quamdiu vero is vixit, cauit sollicite, ne quem eorum, parti regni cum imperio praeficeret. Ludouicus I. ita educabatur, ut olim in amplissimo regno Hungariae, et adnexis regnis prouinciisque, imperare potuisset. Andreae fratri eius regnum Apuliae fuerat destinatum. Nihil omnino ex Hungaricis ditionibus, Princeps hic, a patre, fratreque, acceperat. Tertius frater, Croatiam, Dalmatiam et Sclauoniam regebat, quidquid tamen suscepit, id ex fratris praescripto egit. Tantum prouentus quibusdam ex bonis Illyrici capiebat: proprie-
tas



tas vero regnorum horum ad Ludouicum fratrem pertinebat *b*).

§. XXXVIII.

Formam hanc regiminis adtulerant in Hungariam, Carolus I. et Ludouicus I. ex Gallia. Obtinebat namque, apud Gallos, ea consuetudo, vt solus primogenitus, patrem in regno exciperet. Fratres reliqui, bona quaedam adprehendebant et tenebant, quae *Apanagium* vulgò vocare placuit. Principes hi Marte inclarescere, sicque bona plurà et prouincijs, sibi comparare intendebant. Subinde vxorès ducebant, per quas Principatum apud extraneos populos consequerentur *i*). Hanc ad normam Ludouicus I. fratres suos, et heredes eorundem, reuocare studebat.

§. XXXIX.

b) Discas haec ex rebus gestis potentissimi regis Ludouici I. Susceperat ipse, aduersus Venetos, expeditiones, et tam diu vires eorum distrahebat, donec tota Dalmatia, quam, ante eundem, surripuerant, decederent. Inuit vero pacem cum illis, solus, ita, vt agnatos, nec in consilium vocaret, nec eorum quaereret consensum.

i) Vide Francicarum rerum scriptores, in primis P. *Gabriel Daniel in Histoire de France*, quae saepius est recusa et Germanicam in linguam translata.



§. XXXIX.

Loco ducis et iunioris regis, accepit Hungaria, saeculo xiv. Corregentem. Rex certe Hungariae, vel matrem suam, vel vxorem in partem curarum publicarum adsumebat. Vna quippe persona, tot tantisque regnis regendis, minus sufficiens esse videbatur. Ea de causa, Corregentis munus, apud Hungaros, introducebatur. Princeps in partem curarum sumtus, consiliis et opera, regem, in regendis subditis subleuabat.

Initia honoris huius noui, ad Ludouicum I. nisi me omnia fallunt, erunt referenda. Matrem namque eius Elisabetham Corregentis potestatem habuisse et exercuisse, ex multis ostendi potest documentis. Sufficiet in praesens sequentia adducere: Apud *Lucium de regno Dalmatiae Lib. IV. Cap. 15. §. 355.* deprehendes regis huius litteras ad Iadertinam urbem datas, quae haec continent verba: „Ludouicus etc. dilectis sibi, comiti, „iudicibus, et comiti ciuitatis Iadrae, salutem et „omne bonum. Nouerit bonitas vestra, quod „Serenissima Princeps Domina, et Dei gratia, RE- „GINA VNGARIAE, GENITRIX NOSTRA „charissima etc.“ Et, apud *Prayium in annal. Regum Hungariae P. II. p. 97.* „Ludouicus,



„DEI gratia, Hungariae, Dalmatiae, Croatiae,
 „Ramae, Seruiae, Galitiae, Lodomeriae, Bul-
 „gariae, Cumaniaequae rex, Princeps Salernita-
 „nus, honoris montis S. Angeli dominus, ac
 „ELISABETH eadem Gratia, REGINA, ipsius
 „genitrix etc.“ In *Confirmatione decreti Andreae*
II. §. 12. rex his utitur verbis: „Vt tenor conti-
 „net priuilegii bullarum domini Andreae regis su-
 „pradioti, confirmantes, et easdem libertates,
 „DE BENE PLACITA VOLVNTATE Seren.
 „Dominae Principissae ELISABETH, eadem
 „gratia, REGINAE VNGARIAE, genitricis no-
 „strae charissimae, ac de consilio eorundem ba-
 „ronum nostrorum, ex regiae benignitatis cle-
 „mentia innouantes etc.“

Quare, his in documentis Ludouicus rex, matrem suam, vocat reginam Hungariae? Cur nullam vxoris suae facit mentionem? Cur Carolus I. expressionibus his, suis in decretis non est vsus? Nullam profecto rationem aliam a me expectaueris, quam quod Ludouicus, non vxorem, sed matrem, in partem curarum imperii vocauerit. Fuit vero, vti ex historia constat, Elisabetha Ludouici mater, Princeps Polonica. Quis ei Corregentis honores contulit? Crediderim, vel Carolum maritum id paullo ante mortem fecisse, vel Ludouicum filium.



§. XL.

Mortuo anno 1382. Ludouico I. Marchi^o Sigismundus, gener eius, ad gubernacula promoueri debuisset. Obstitit tamen ei focus Elisabetha, femina gloriae ultra modum cupida. Haec, artibus suis effecit, vt Sigismundus, tres fere per annos, extra Hungaricas ditiones agere cogeretur. Interea temporis Maria, rerum, apud Hungaros potiebatur, et post aliquot a patris obitu dies, sacrum diadema capiti eius est impositum. Quia tamen tanti non erat, vt tanta regna, quae iuris Hungarorum erant, in concordia et obsequio retinere potuisset: ad matrem Corregentis iura deferre non dubitabat. Factum id esse initio imperii eius, docent litterae, quas Iadera vrbs, hanc ad reginam exarauit. „Illustrissimis „et excellentissimis reginis et dominabus nostris, „dominae Elisabeth, Dei Gratia, reginae Hungariae, Poloniae, Dalmatiae, et Dominae Mariae, „eadem Gratia, Reginae Hungariae, Dalmatiae, „Croatiae cet.“ Maria I. hoc adhuc anno Ragusanae vrbs iura et immunitates adseruit, et quidem, vt in diplomate est, „DE CONSILIO, CON- „SENSU, ET BENEPLACITA VOLVNTATE „Serenissimae et Excellentissimae Principis Do- „minae ELISABETHAE, praemissa Dei gratia,



„REGINAE HVNGARIAE, Poloniae, Dalmatiae,
„Croatiae, cet. k).“

In *Confirmatione decreti Andree II.* eadem
regina sequentia adducit: „ad vniuersorum no-
„titiam harum serie volumus peruenire, quod Se-
„renissimo Principe, Ludouico, Dei Gratia, in-
„clito rege Hungariae, Poloniae, Dalmatiae, cet.
„genitore nostro carissimo, volente domino coe-
„li, cuius nutu omnia reguntur et disponuntur,
„absque prole masculina, de medio sublato, nobis-
„que successoribus, et ordine geniturae solum et
„coronam dicti regni Vngariae, ac sceptrum ipsi-
„us genitoris nostri feliciter adeptis: praelato-
„rum, baronum nec non procerum, ac nobilium
„regni nostri coetus, et vniuersitatis idemptitas,
„missis ad nos, et inclitam Principem dominam,
„Elisabeth, eadem Dei gratia Reginam Vngariae,
„Poloniae, Dalmatiae, cet. genitricem nostram
„charissimam, eorum nunciis cet.“

His congrua tradit aetatis huius historicus
Paulus de Paulo Anno MCCCCLXXXIII. de II. Fe-
bruar. „Dominus Nicolaus Praepositus S. Petri
„de Pascua, et dominus Detricus Rubius, in con-
„silio generali, in quo fuerunt consiliarii 85.

G 3

trans-

⌘) Prius documentum est apud *Io. Lucium Lib. V. Cap. 2.*
posterius, ibidem, *Libro V. Cap. 3.*



„transmissi pro parte Serenissimarum reginarum
 „senioris et iunioris Vngariae, videlicet domi-
 „nae Elifabetae et Mariae, receperunt a singu-
 „lis nostrum in dicto consilio existentium iura-
 „mentum homagii et fidelitatis, antedictis do-
 „minabus reginis, super sancta quatuor euange-
 „lia tacto missale l).“

His multisque aliis documentis, probatur, Elifabetham non minus, quam Mariam reginam Hungariae fuisse. Haec certe omnia decernebat, *ex Consensu et bene placita voluntate Elifabetae matris.*

Cur vero Hedwigae sororis nullam facit mentionem? Nullam aliam causam esse dixerim, quam quod huic cum Hungaricis imperiis nihil fuerit negotii.

§. XLI.

Elifabetha matre Mariae crudelitate seditio-
 forum oppressa, Sigismundus Marchio, in Hun-
 gariam adducebatur, et insignia regni assumebat.
 Mariae vxori eius ante triennium honor hic pri-
 us, quam Sigismundo, obtigerat. Imperio er-
 go, quod habebat, suos in populares, exui non
 pote-

D) Apud Schvandtner in scriptor. rer. Vngar. T. III.
 p. 724.



poterat. Ea de causa, Corregentibus Hungariae adnumeranda est. Vis, ut documentis id euincam? Facio.

Anno 1388. Sarnovicz oppidum, eadem regina duobus proceribus Hungariae contulit. Euincit id diploma valde memorabile, quod Celeb. Carol. Andr. Bel. de Maria regina p. 44. publici iuris fecit. Placet hic sequentia ex eodem adducere: „ideo nos, quandam possessionem „nostram reginalem Sarnovicza vocatam, in comitatu Borfiensi, iuxta fluuium Gron, adiacentem, ac ad castrum nostrum Revisthye vocatum, „spectantem, cum omnibus suis pertinentiis — „omni eo iure et proprietatibus, quibus eadem „possessio Sarnovicza, cum praedictis illis, hactenus, per nos, nostrasque praedecessores reginas Vngariae habita fuit et possessa, de dicto castro nostro separantes, sequestrantes, et excindentes, ipsis Frank et Simoni, eorumque heredibus et posteritatibus vniuersis, de manibus „nostris reginalibus, EX CONSENSU ETIAM „AC DE BENEPLACITA VOLUNTATE, incliti „Principis DOMINI SIGISMVNDI REGIS VNGARIAE, confortis nostri carissimi, Praelatorumque et baronum nostrorum maturo consilio, per modum permutationis et concambii,

G 4

„nouae-



„nouaeque nostrae donationis titulo, dedimus,
„donauimus et contulimus cet.“

Altera vxor Sigismundi ita fortunata non fuerat. Non facile certe ostendetur diploma, quo doceri posset, Corregentis honoribus eam fuisse auctam. Nulla eius Apostolicum in regnum prostabant merita. Sigismundus etiam existimabat, se, omnibus prouinciis et ditionibus Hungaricis regendis, sufficere *m*).

§. XLII.

Sigismundo vnica tantum fuit filia, quae, ipso adhuc viuente, in manus Alberto Archiduci conuenit. Qua quidem occasione, heres successorque foci est renunciatus, in ditionibus, quae ad Sigismundi dominationem pertinebant. Sed, exclusane est prorsus Elisabetha ab imperio? Neutiquam. Enimuero, Sigismundus Alberto Elisabethaeque simul imperii habenas sua post fata desti-

m) Quamdiu Sigismundus in Concilio, Constantiensi in vrbe, et alibi, extra regnum, demorabatur, Barbara, nomine eius, regnum regebat, sequentique formula in expediendis documentis utebatur: „Ad felicem reditum „eiusdem domini regis consortis nostri confirmationem „in regnum suum Hungariae - - post harum emanationem fiendam. *Pray Annal. Reg. Hungar. P. II. „p. 245.*“



destinabat. Commemoratur id regina litteris, quas, post mortem mariti, ad Fridericum III. imperatorem exaravit, et quas Eruditiss. Vir Adam. Franc. Kollar in *analectis Vindobonensibus T. II. pag. 915.* publici iuris fecit: „Lieber Vetter nu „pitt ich ew in funderlicher lieb, ir wellet ansehen „und mercken die bloße wissentlich und beweis- „lich Gerechtigkeit, die mein Sohn, und auch „ich haben, zu dem Kunigreich zu Hungern, „und vns auch des genießen lassen umb Sachen „willen, die ich ew einfaltiglich will erzehln: „des ersten darumb, als unser lieber herr und Vat- „ter Kaiser Sigmund seliger Gedechtnuß zu ainem „Romischen König erwelt ward, da verschrieben „ihm die Herren geistlich und weltlich in Vngern „die Meynung, ob er nicht mer erben gewunne, „und liesse, nach sein abgehen mit tod, dann mich „ainige seine tochter, so wolten sie mich als er- „ben haben, und zu dem Kunigreich lassen an- „geen geweltiglich und ainem Herrn mit mir er- „welln. Nachmaln als vnser liebster herr und „gmahl Kunigk Albrecht, dem Gott barmherzig „und gnedig sey, und ich zu dem reich Hun- „gern erwelt, und gekrönt ware, da gab mir der- „selb mein herr und gemahl solich brief und Ur- „chundt mit wissen und willen auch noch rate der „Prelaten und Landherrn zu Hungern, und mit „ihren



„ihren insighn, ob das wurde, das er abgieng mit
 „tod, ee dann ich, das die hungrischen Herren
 „geistlich und weltlich, mich und mein erben,
 „als rechte erbliche Herrschaft zu Herrn und
 „Erben des Kunigreichs zu Hungern aufnehmen
 „und halten solten, cet.“

Beat. Wiedemann, in scripto, cuius titulus: Information darin ausgeführt was das Haus Oesterreich für Erbgerechtigkeit zu dem Königreich Hungern von Alters gehabt, cet. n) in III. tit. §. 12.
 „Im selben Brief in zweyen Orten, lauter und
 „klar, Koenigin Elisabeth, Koenig Albrechten
 „Gemahl, und Kayser Sigmunds tochter für ihr
 „Erbkoenigin bekennen, mit diesen Worten: de
 „consensu et beneplacita voluntate Serenissimae
 „Principis, Dominae Elisabethae reginae con-
 „thoralis suae charissimae, Dominae nostrae na-
 „turalis, cet. Promittimus et bona fide efficacif-
 „sime spondemus, praefato Domino nostro, Al-
 „berto regi, et Dominae reginae, suae contho-
 „rali, quam principaliter hoc regnum iure geni-
 „turae concernere dignoscitur, fidelitatem illi-
 „batam, in omnibus eius beneplacitis irrefra-
 „gabiliter obseruare, etc. Decretum Alberti re-
 „gis

n) Apud Goldast. in adpend. ad comment. de iurib. ac pri-
 - uil. regni Bohemiae cet. p. 66.



„gis anni 1439. haec ad calcem habet verba:
 „nos itaque huiusmodi petitionibus praelatorum,
 „baronum, nobilium ac regnicolarum nostro-
 „rum, aures exaudibiles, regio cum fauore in-
 „clinantes, supra dictos articulos, quoad omnes
 „suas continentias, et clausulas, mera nostra
 „auctoritate, et potestatis plenitudine, ex certa
 „nostrae Maieftatis sententia, nec non DE CON-
 „SENSV ET BENEPLACITO PRAEFATAE DO-
 „MINAE ELISABETHAE REGINE, confor-
 „tis nostrae perdilectae, praesentibus litteris no-
 „stris inferi fecimus cet. Adiicimus praeterea,
 „AC NOSTRO, AC PERDILECTAE DOMINAE
 „REGINAE CONSORTIS NOSTRAE NOMINI-
 „bus spondemus cet.“ o).

Cum anno 1438. Albertus in Bohemiam proficisceretur, et hoc in regno, adnexisque prouinciis per aliquot tempus demoraretur: regnum Apostolicum, vxor eius Elisabetha, regebat p). Cur? Quia ius hoc, ad eam, qua Cor-
 re-

o) In *Corpore iuris* p. 205.

p) *Bonfin. Histor. Dec. III. Lib. IV.* ab initio. Legas in primis Elisabethae litteras, quibus Praefecto Transilvaniae mandat, vt bona iniuste adprehensa Bathoriis restituat, apud *P. Pray in annual. reg. Hung. P. II. p. 329.*
 „Elisabetha, Dei gratia Regina Hungariae, Dalmatiae,
 „Croa-



regentem Principem solam spectabat. Nemo certe id dubium ei facere poterat.

§. XLIII.

Alberto immatura morte anno 1439. intercepto Elifabetha regina regnare pergebat. Quem infrequenti anno pepererat filium postumum Ladislaum, illum praecipui procures et nobiles regem statim renunciarunt. Necdum quatuor menses natus erat, dum cura et providentia matris

Re-

„Croatiae etc. fideli nostro Magnifico viro Desö de
 „Lofoncz, partium nostrarum Transilvaniae Waivodae,
 „salutem et gratiam. In personis fidelium nostrorum
 „Ladislai et Stephani filiorum Stanislai de Bathor no-
 „strae exponitur serenitati querulose, quomodo vos
 „quandam villam ipsorum - - - in praedictis partibus
 „nostris Transilvanicis habitam, eo quod ipsi - - -
 „contra nefarios Turcos more aliorum nobilium et pro-
 „cerum illarum partium exercituari neglexissent, pro
 „vobis occupassetis, et occupatam conseruaretis etiam
 „de praesenti, in eorundem damnum et praeiudicium
 „multum grande, super quo fidelitatem vestram atten-
 „te requirimus, eidemque nihilo minus seriose prae-
 „cipimus et mandamus, quatenus statim visis praesen-
 „tibus, rebus praemisso modo se habentibus, praeat-
 „tactam possessionem ipsorum - - - pro nunc, vt
 „praefertur, circa manus vestras praeeoccupatiue habi-
 „tam, talismodi exercituationis negligentiam, ipsis pro
 „hac prima vice duntaxat, ignoscendo, praefatis Ladis-
 „lao et Stephano, absque omni difficultate et reniten-
 „tia modis omnibus remittere et resignare debeat-
 „tis, etc.“



Reginae, sacra corona coronaretur. Retinuit post coronationem hanc, quamdiu vixit Elisabetha, Corregentis honores. Id vero est, quod multa loquuntur diplomata. *Litteris ad Fridericum III.* patrum suum exaratis, ius hoc suum ita exponit *Elisabetha.* „Nachmaln, als unser „liebster herr und gmahl Kunigk Albrecht, dem „Gott barmherczig und gnedig sey, und ich zu „dem reich Hungern erwelt und gekrönt ware, „da gab mir derselb mein herr und gemahl solich „brief, und urchund, mit wissen und willen, „auch noch rate der Praelaten und Landherrn zu „Hungern und mit iren insigln, ob das wurde, „das er abgieng mit tod, ee dann ich, das die „Hungrischen Herrn geistlich und weltlich, mich „und mein erben, als rechte erbliche Herrschaft, „zu Herren und erben des Kunigreichs zu Hungern aufnehmen und halten solten, darnach aber „zu Pfingsten yetz zway jar vergangen, habent „dieselben Herren geistlich und weltlich zu Hungern, dieselb Verschreibung zum andernmahl „vernewt mit irn aiden briefen und sigeln also „begriffen, das si mich und mein erben Sun und „Töchtter was ich der gewinne, zu rechten „Erbherrn und Erben, des Kunigreichs zu Hungern haben und halten sullen, cet. q).

Alio

q) *Adam Franc. Kollar in analectis monument. Vindobon. P. II. p. 919. seq.*



Alio vero in diplomate, eadem regina, haec adducit: „Nos Elifabetha DEI gratia, Hungariae, Dalmatiae, Croatiae cet. Regina, Austriaeque et Styriae ducissa, etc. memoriae commendamus, significantes tenore praesentium, quibus expedit vniuersis: Quod nos, quae summi numinis opitulante clementia, ad REGIAE PATERNAE scilicet SVBLIMITATIS SOLIVM, TANQVAM VERA ET LEGITIMA REGNI HVIVS HERES, euocata, cet. tandemque ipso (Alberto marito) diuino iudicio, de medio sublato, etiam CELSITVDINI NOSTRAE VELVTI LEGITIMAE REGNI HVIVS HEREDI, in Regimine ipsius more orphanitatis degenti etc. Datum Budae in festo beati Pauli primi eremitae Anno Domini Millefimo quadringentesimo quadragesimo r).“

Inuat adhuc ad vnum confugere *diploma*, quo *Stephanus Rozgon*, Elifabethae Reginae anno 1440. autumnos ineunte se subiicit: „Nos Stephanus filius quondam Simonis de Rozgon, capitaneus castris Pofoniensis, cet. Notum facimus vniuersis. et singulis cet. quod — memores beneficiorum et gratiarum per dictum Imperato-

r) *Adam Franc. Kollar in hist. diplom. iur. Patronat. Apostol. regum Hungariae Lib. III. Cap. 9. p. 213. seqq.*



„ratorem, nobis, et fratribus, ac domui nostrae
„exhibitorum et impensarum, poenitet nos gra-
„uiter CONTRA EANDEM DOMINAM NO-
„STRAM REGINAM HEREDEM ET DOMI-
„NAM REGNI, hucusque rebellizasse, cet. pro-
„mittimus, spondemus ac pollicemur, nosque,
„ac dictum Georgium fratrem nostrum obliga-
„mus — quod a modo in antea IPSAM DOMI-
„NAM ELISABETH REGINAM, TANQVAM
„HEREDEM ET DOMINAM, AC ILLVSTRIS-
„SIMVM PRINCIPEM DOMINVM LADISLAVM
„REGEM, filium eius carissimum, vt regem et
„dominum nostrum naturalem, omni reuerentia
„et honore, sicut ex debito tenemur, reuerebi-
„mur et honorabimus, IPSISQVE OMNEM
„OBEDIENTIAM ET SVBIECTIONEM AC FI-
„DELIA OBSEQVIA EXHIBEBIMVS et im-
„pendemus, etc. s).

§. XLIV.

Carebat deinde a morte Elisabethae, no-
stram vsque ad aetatem Hungaria Corregente.
Ladislaus enim filius eius, Matthias I. Wladis-
laus II. nolebant potestatem summam regiam cum
aliis

s) Tabulas ex authographo adducit *Adam Franc. Kollar in*
hisor. diplom. iuris patronat. Lib. III. Cap. 9. pag.
26. seqq.



aliis partiri. Ludouicus II. quidem anno 1508. vix adhuc duos annos natus, corona sacra redimitus est, quamdiu tamen pater eius vixit, nullas imperii partes exercuit. Nec aetatula eius, nec educatio miserâ admodum, quâe ei obtigerat, nec, sub qua gemebat regnum antea florentissimum, confusio, id permittebant. Accedit quod ipse pater, in summa et indignissima egestate ac contemptu, suos apud subditos extremos in primis annos transfegerit t).

Fer-

t) Describit eandem Ioan. Dubravius in *histor. Bohem. Libro 32.* propter finem. Connectenda sunt cum his quae Caspar Heltay in *Chronico Hungarico* lingua et sermone Hungarico conscripto in vita Wladislai II. memoriae prodidit. Ego, cum Hungaricae linguae sim ignarus, id ab amico Hungaro impetraui, ut Matthiae Corujni, Wladislai II. et Ludouici II. quae hoc in auctore occurrunt, res gestas, in latinam mihi conuerteret linguam. Hac in versione sequentia occurrunt: „Rex hic placidus admodum et mitis fuit: „apud Hungaros vero ob mitem animum, in contemptum deuenit, fuit quoque ultra modum liberalis. „Quod Hungari dum vidissent, quaecunque eis placebant, ab eo expetierunt et impetrarunt. Procures „quoque omnibus fere redivibus eundem spoliaverant. „Tanta certe in egestate vixit, ut laniis Budensibus „pro carne, quae eius in culinam accipiebatur, soluere „pretium non potuerit. Curavit, quantum quavis „die acceperit, in ligneo bacillo, qui eius in palatio „de pariete pendeat, signari. Hungarice ita *Casp. „Hel-*



Ferdinandus I. rex cum Principe Hungarica vnica, quam Wladislaus progenuerat, connubia iniit, vt tamen eandem imperiorum redderet participem, dura admodum, in quae incidit, non permittebant, tempora. Qui enim Hungariae male cupiebant, illi debitum Ludouico obsequium denegauerunt, et aduersus Ferdinandum legitimum eius successorem abominandam iniuerant conspirationem. Antesignanus horum erat famosus ille Ioannes Zapolyius. Hic certe totus in eo fuerat, vt Ludouico II. summum in discrimen detruso, et Ferdinando Archiduce retruso, viam sibi ad solium Hungaricum panderet. Perduxit eo rem artibus suis, apud ordines regni, vt anno 1518. in comitiis decerneretur, vt adolescentulus rex, necdum 12. annos natus, si forte Turca bellum inferret, exercitum Hungaricum, aduersus eum, duceret. Nunquam id scriptori alicui crederem, nisi ex *decreto anni 1518. art. 9. §. 1.* euidentis esset. „Vt igitur sua
„Ma-

„Heltai haec exponit: Es a Magyarok meg utállyái
„vala ötöt az ő czende ségeért. Es böw kezé vala. Es
„Magyarok eszt látván, mindent el kéregetnek vala
„tölle. Az Wracis mayd minden Iövedelmét el ra.
„gadnak vala tölle. Es ollyan szükfégbe vala ezért,
„hogy a Buday meszárofoktól rouasra hordottanak huft
„mindennap az ő Konyhaiára.



„Maieſtas regia, banderium ſuum regale ſecum
 „erigere, et Bachiam in perſona ſua propria de-
 „ſcendere queat, etc.“^{u)}. Cur id machinator
 ille verſutiffimus Zapolyius, ſuis cum fociiſ, vr-
 gebat? Cauſſam aliam nullam reddere poſſum,
 quam quod regem adoleſcentem periculo prae-
 ſentiffimo, immo morti crudeli in expeditione
 obiectum eſſe voluerit.

Anno 1526. anteproelium ad Mohacs com-
 miſſum, vtrum Zapolyius, in caſtra regia, ſuo
 cum exercitu, adcurrere potuerit, vel minus,
 grauis eſt inter eruditos diſceptatio. *Wolffgan-
 gus Bethlen in hiſtor. Tranſilvaniae Libro I.* foe-
 dum crimen proditionis ab eo vult amouere ^{x)}.
Nicolaus Iſtvanſſius alias quidem videtur rationes
 ſubducere, non tamen aperte audet, tantae eum
 per-

^{u)} Vide *Decr. Regni Hung.* p. 238.

^{x)} *Lib. I. p. 13.* „Iſtvanſſi refert, fuiſſe aliquos, qui eum
 „occulata cum hoſte de regno capeſſendo conſilia in-
 „ſtituiſſe, dicerent, ſed, cum necdum quicquam tale
 „in apertum prodierit, et ipſe Ioannes adepta regia
 „dignitate, id negaret, nos, rem dubiam, pro certa
 „aſſirmare non poſſumus: praeter illum vero nullus
 „hiſtoricorum eius rei meminit.“ Haec *Bethlen.* Vti-
 nam *Heltaii* chronicon legiſſet.



perfidiae accusare y). Ferdinandum I. tabulis publicis infame hoc parricidium Zapolyo obiicere, hodie cuius iam constabit z). Quod etiam *Caspar Heltai*, qui, sub huius Ioannis, filiique Ioannis Sigismundi Principatu vixit, dissimulare nequit a).

H 2

Huius

- y) Legas eundem *Histor. Lib. VIII. p. 123. seqq.*
- z) Probat id ex tabulis Ferdin. I. Imperatoris *Adam Franc. Kollar in supplementis ad Petri Lambecii Commentar. bibliothecae Vindobon. P. I. p. 711.*
- a) *In vita Ludouici II.* in versione, quam habeo, latina p. 206. haec deprehendo: „Inde factum est, vt Hungari non magis despexerint Ludouicum II. quam patrem eius. Eo rem perduxerat in primis Ioannes Zapholyus Waivoda Transilvaniae. Hic enim omnia facta regia despiciatui exponebat. Indignabatur ei. Clade namque adfecerat cruce signatos milites, et nobiles regni, ei, post Wladislai fata coronam promiserant. Hinc, vbicunq; poterat, facta regis in contemptum trahebat. Hungarice ita: De ehez igen segit vala a Szapolyai Janos, az Erdelyi Vayda. Mertez mindenbe meg alázza vala a Kiraly dolgait: Mert boszszonkodic vala rea, miért hogy ő verte vala meg a kereszteseket, és néki igértéc vala a kiralyi méltóságot a Nemec, László király halála után. Ezért valahol lehet vala, Küssebségne eyti vala az Laios király dolgait. Idem pag. vltima: dum haec euenirent in campis Mohacs, Ioannes Zapolya Waivoda Transilvaniae magno cum exercitu apud Szegedinum haesit. Idem enim exspectabat, vt rex ibidem occumberet. Hungari-



Huius ergo Ioannis sacrilegae arrogantiae est tribuendum, quod maior pars regni, sub turcicum iugum, post fata Ludouici II. sit detrusa. Ferdinandus I. reliquae parti Hungariae, quam conseruauerat, regendae sufficiebat. Nec illi, nec successoribus placuit, Corregentem aliquem sibi adiungere. Sufficiebat Ferdinando regnum Apostolicum suae adferere posteritati, qua de re suo loco plura.

§. XLV.

Iam placet nonnulla Corregentis iura aliquot positionibus adtingere.

I) Corregentis potestas longe diuersa est, ab ea, qua duces et iuniores reges vsi sunt. Duces, tertiam regni partem tenebant regique subiecti fuere. Cap. IV. §. 30. Rex iunior magnam partem regni Apostolici suo sub imperio habebat. Exprimit id non obscure Ludouicus I. in clausula confirmationis *Decreti Andreae II.* §. 11. „easdem libertates, DE BENEFACITA VO-
„LVN-

„garice ita: Hogy ez lönne az Moháts mezön, Sza-
„polyai Janoi, az Erdélyi Vayda, ez ö nagy népéuel
„Szegednel fütezéc. Mertczac aszt váyja vala ö, ho-
„gy oda veszne Laios kiraly, Hogy ö magát annac
„vtánna elő tolhatna. Onnét éyel el orofzkodéc a
„néptöl, és vgy lön szömbe a' Solimann Csaszárral, es
„vgy kötéc meg az eb lánztot véléc.“



„LVNTATE SERENISSIMAE PRINCIPISSAE
 „DOMINAE ELISABETHAE, eadem gratia RE-
 „GINAE HVNGARIAE, genitricis nostrae cha-
 „rissimae, ac de consilio eorundem baronum no-
 „strorum, ex regiae benignitatis Clementia inno-
 „uantes cet. b).“

II) Rege, vel aegrotante, vel extra ditiones Hungaricas commorante, vel graui aliqua bellica expeditione implicito, Corregens plenam potestatem regiam exercuit. Quidquid ad legum praescriptum decreuerat, id erat validum. Probaui id iam supra §. 42. exemplo satis luculento. Possẽm complura alia ex historia adducere. Nunc tantum addo, Ludouicum I. in regnum Apuliae suscepisse duplicem expeditionem. Absente eodem, mater eius Elifabetha Corregens, omnia eius regna et ditiones rexit c).

H 3

III)

b) Conf. Anton. Bonfin. Dec. II. Lib. X.

c) Decret. Alberti art. 12. „quod dispositio pro Serenissi-
 „ma Principe domina ELISABETH REGINA, et eius sta-
 „tus honoris conseruatione, ex quo EST HERES HVIVS
 „REGNI, fiat, vt vbicunq; vult in regno. Pray ve-
 „ro in *Annal. regum Hungar. P. II. p. 338.* prouocat
 „ad diploma ex tabul. Caesar. Graecensi, in quo
 „ita Elifabeth suam Maiestatem exprimit: ELISABE-
 „THA



III) Si vero rex Hungariae decessit, Corregens, qui ei adtributus erat, suam potestatem etiam eius post fata retinuit. Elisabetha vxor Alberti, quae, cum marito Alberto, regnabat, post exitum eius immaturum, hoc suum ius strenue defendebat, quod supra iam ostendi *d*).

IV) Neque ordines poterant, sine adfensu Corregentis, in locum demortui, nouum eligere regem. Certe, post Alberti exitum, Elisabetham precibus multis oportebat fatigari, donec in Wladislai I. regis Poloniae electionem consentiret. Summa ergo iniuria eam adfeccerant, qui, postquam filium Ladislaum enixa est, peregrinum Principem in regnum adducere non sibi duxerunt religioni, in primis postquam id agere coepissent, vt omni eam regia potestate exuerent *e*).

V) Quod nomine regis demandabatur, id quoque auctoritate Corregentis decernebatur.

Ex

„THA AD REGIAE PATERNAE SCILICET SVBLIMITATIS SOLIVM, TANQVAM VERA ET LEGITIMA „REGNI HVNGARIAE HERES EVOCATA cet.“

d) Legas litteras Elisabethae datas ad Fridericum Imperatorem apud *Kollarium in Analect. Vindobon. P. II. p. 915. seqq.*

e) *Bonfn. Dec. III. Lib. IV.* et litterae praeced. nota laudatae.



Ex tot tantisque decretis, quae prostant, id cuius fere notum est. Ut vero quouis priuilegio exprimeretur, id necessum fuisse vix existimo f).

VI) Habebat quoque rex cum Corregente communes quosdam redditus g). Quod tamen nihil officiebat, quo minus

VII) Corregens peculiaria quaedam bona haberet. De his libere disponere, et redditus, in quos placebat, vsus conuertere poterat. In epistola, quam *P. Pray in annalibus regum Hungariae P. II. p. 83.* adducit, haec deprehendes: „ideo nos, vna cum domina Elisabetha per ean-

H 4

„dem

f) Id in primis memorabile est, quod in priuilegiis et litteris Elisabetha tantum, Hungariae, Croatiae et Dalmatiae, non vero Bohemiae reginae simul titulis sit vsa. Qui adtente diplomata examinat, id facile obseruat.

g) Placet illud probare ex tabulis, quibus praeposito Budensi loco fundorum ad Budam positorum alii adsignantur: „nos itaque ad oppidum, seu Ciuitatem ipsam „speciali ducimur affectu, quod cuiuslibet patere potest „exinde intuenti, quod duas sollennes ecclesias, vnam „videlicet pro collegio praepositi et capituli praedictorum, nos vero regina nostris sumtibus reginalibus „aliam in honorem b. virginis, pro vsu sororum sanctae Clarae, ordinis S. Francisci, **EX NOSTRIS SVMTIBVS COMMVNIBVS REGALIBVS ET REGINALIBVS** de „nouo aedificari et construi fecimus cet.“



„dem gratiam regina Hungariae, matre nostra
 „charissima, et aliis praelatis ac regni nostri baro-
 „nibus, diu super hoc et mature deliberantes, ta-
 „liter duximus disponendum, quod vniuersae ci-
 „uitates regales et reginales, ac liberae villae ad
 „castra reginalia pertinentes, videlicet, intra li-
 „mites regni nostri habitae et existentes, cet.“

Et in *testamento* reginae huius: „Item, peti-
 „mus ipsum dominum regem, nostrum filium
 „amantissimum, immo ei committimus, vt proui-
 „sore nostros quoslibet, IN QVIBVS CVNQVE
 „NOSTRIS PROVINCIIS CONSTITVTOS,
 „specialiter thesaurios nostros ad oblocutionem
 „et finistram informationem quorumcunque im-
 „pedire vel molestare non velit, cet. b).“

Videtur adhuc VIII) Corregens peculiare
 quoque barones nonnullos regni et administratos
 habuisse. In laudato *Elisabethae Reginae testa-
 mento*, haec lego: „item barones, milites, iuue-
 „nes, et familiares nostros vniuersos, ipsi domi-
 „no regi, Dominas autem et puellas cunctas
 „do-

b) Tabulas testamenti huius deprehendes apud P. *Nicolaus Schmitth in episcop. Agriensib. T. I. p. 337.* et P. *Pray annal. Reg. Hung. P. II. p. 149. seqq.*



„domus nostrae, commisimus fouendas, disponendas pie et conseruandas per eosdem cet.“
Ex iisdem testamenti tabulis confit, regis Ludouici Magistrum Thesaurarium fuisse, Nicolaum Sambo, matris vero eius Elisabethae Michaellem litteratum.

Incomparabilis haec Princeps peculiari etiam gaudebat iudice Curiae, Diploma apud *P. Nicol. Schmith in episcop. Agriens. T. 1. p. 280.* ita incipit: „*Elisabeth* Dei gratia, Regina Hungariae, fidei nostro Magistro Oliuero Iudici Curiae nostro, et comiti de Zolio salutem et gratiam.“
Quis iam dubitauerit, fuisse Reginae Elisabeth reliquos quoque peculiare barones regni? Haec, de priscae aetatis Corregente eiusque potestate, sufficiant. Quid ea sibi, aetate nostra, velit, et quomodo sit comparata, de eo infra.



CAPVT VII.

DE

IVRE HEREDITARIO SERENISSIMAE
GENTIS HABSPVRGICAE AVSTRIACAE IN
APOSTOLICVM REGNVN HVNGARIAE.

§. XLVI.

Serenissima gens Austriaca aliquot vicibus, per-
commodam nacta esse videbatur occasionem ho-
nores regios apud Hungaros prensandi: Albertus I.
Imperator primus dicitur fuisse, qui, extinctis
regibus Hungariae domesticis, summam rerum
apud Hungaros quaerebat avidius *i*). Quo vero
id iure facere potuerit, ne quidem coniectura
adsequi possum. Certe, nec sanguine Hunga-
rico fuerat fatus, nec suffragiis ordinum ad id
inuitabatur.

§. XLVII.

Primordia ergo iuris Austriaci in Apostolicum
regnum Hungariae, longe meliori iure ad Sigis-
mundi imperatoris aetatem retuleris. Annus
erat

*i) Bohusl. Balbinus epit. rerum Bohem. Lib. III. Cap. 16.
Gerhard Roo Lib. II. p. 72.*



erat 1402. quo rex hic Albertum IV. ducem, si liberos legitimos nullos reliquerit, heredem successoremque suum in Hungaria nuncupauerat. Id eo minus in dubium potest vocari, quod ex publicis tabulis rerum Austriacarum Scriptores illud probatum dederint *k*). At, num haec ad ius hereditarium Alberto posteritatisque eius in Hungariam adferendum, suffecerint? Nihil, si dicendum est, quod sentio, haec valebant, si de adfensu ordinum impetrando Sigismundus non fuit praeuie sollicitus. Si quid coniiicere possum, fundamentum foederis huius inde deducebant Principes, quod Albertus III. pater Alberti IV. Elisabetham, Caroli IV. imperatoris filiam, adeo-

k) Gerbard Roo Lib. IV. p. 137. seq. perhibet, se, diploma hoc, oculis suis usurpasse. *Beatus* quoque *Wiedemann* in der *Information*, darinnen ausgeführt, was das Haus Oesterreich für Erbgerechtigkeit zu dem Königreich Hungarn von Alters gehabt cet. apud Melch. Goldast. de regni Bohemiae iuribus et privilegiis. T. II. p. 7. „Solcher Verschreibung oder Decrets datum stehet „Sambstags nach Valentini Anno 1460. zusamt der „Gerechtigkeit, so Ihre Kayserl. Maiest. von König „Albrechten, und Ladislao, desgleichen von wegen eines Vermachs, darinn Kayser Sigismund zu Hungern, „Herzog Albrechten von Oesterreich, seinem Schwager das Königreich Hungern, so er Kayser Sigmund „ohne mannliche Leibs - Erben abgieng, vermacht hat, „des datum Pofonii exaltatione crucis, anno 1402. sonst „gehabt, cet.“



adeoque Sigismundi forem, habuerit in matrimonio *l*). Iam, aliunde constat, Carolum IV. inter Belae IV. posteros femineos locum tenuisse *m*). Sed, quid haec, quaeso, ad Albertum IV. quem Albertus III. non ex Elifabetha hac, sed altera vxore Beatrice Burggrafia Norimbergensi, progenuerat *n*)?

§. XLVIII.

Quod Alberto IV. non licuit, id gnatus eius Albertus V. ius in regnum Apostolicum est indeptus, et suos in posteros transmisit feliciter. Iniit quippe is, cum vnica Sigismundi Imperatoris filia, heredeque regni, Elifabetha, matrimonium. Adhaec focer, eandem, ante mortem, adrogabat, et regni ordinibus adsentientibus, heredem regni renunciabat *o*). Ita ius succedendi in regno
Hun-

l) Gerbard Roo *histor. Austr. Lib. IV. p. 136.*

m) Mater enim eius Elifabetha, filia Wenceslai regis Belae IV. proneptis fait, quod *Ioseph. Benczur in Vngaria semper libera* sagaciter obseruauit.

n) Gerbard. Roo *Lib. IV. p. 136.*

o) Probatur id litteris Elifabethae, quas *Adam. Franc. Kollar in Analect. monum. Vindob. T. II. p. 915. seqq.* recitat, ex quibus sequentia huc pertinent: „Lieber „vetter, nu pitt ich ew in sunderlicher lieb, ihr wolle „ansehen und merckchen die bloffe wissentlich und be- „weislich Gerechtigkait, die mein Sun und auch ich „ha-



Hungariae in Albertum, et quos ille demum natus est, transtulit posteros. Quas vicissitudines, eius post mortem insperatam, ius hoc subire debuerit, id praecedenti iam capite exposui. Non pos-

„haben, zu dem Kunigreich zu Hungern, und uns auch
„des genießen lassen umb Sachen willen, die ich ew
„ainfaltigelich will erczelln: des ersten darumb als un
„ser lieber herr und vatter Kayser Sigmund seliger Ge
„dechnufz zu ainen Römischen König erwelt wardt,
„da verschrieben im die Herren geistlich und weltlich
„in Vngern die Maynung, ob er nicht mer erben ge
„wunne und ließe, nach sein abgehen mit tod, dan
„mich ainige sein Tochter, so wolten sie mich als er
„ben haben, und zu dem Kunigreich lassen angee
„weltigleich und ainen Herrn mit mir erweln.
„Nachmaln als unser liebster herr und gmahl König
„Albrecht, dem Gott barmherczig und gnedig sey, und
„ich zu dem reich Hungern erwelt und gekrönt ware,
„da gab mir derselb mein Herr und gemahl solich brief
„und urchund mit willen und willern, auch noch rate
„der Prelaten und Landherren zu Hungern, und mit
„irn Infigln, ob das wurde, das er abgieng mit tod,
„ee dann ich, das die hungarischen Herren geistlich
„und weltlich, mich, und mein Erben, als rechte erb
„liche Herrschafft, zu Herren und Erben des Kunig
„reichs zu Hungern aufnehmen und halten solten, dar
„nach aber zu Pflingsten yetz zwai jar vergangen, ha
„bent dieselben Herrn geistlich und weltlich zu Hun
„gern, dieselb Verschreibung zum andernmal verneut,
„mit iren aiden briefen und sigeln also begriffen, das
„sie mich und mein Erben Sun und Töchter, was ich
„der gewinne, zu rechten Erbherrn und Erben des
„Kunigreichs zu Hungern haben und halten sullen cet.



possum tamen a me impetrare, quin monëam, proceres illos regni, immemorem prorsus beneficiorum declarasse animum, qui, extincto Ludouico postumo, forori eius Elisabethae vxori Casimiri Poloniarum regis, adolescentem Matthiam Coruinum captiuum, infano quodam consilio, anteposuerant. Nullis tamen artibus hi, a proceribus aliquot constantioribus impetrare poterant, vt in verba Matthiae statim iurarent. Multi, iique summo loco nati, Fridericum III. agnatum Ladislai postumi, tutoremque, ad regendam Hungariam euocabant. Nec deerat sibi pacis alias amantissimus Princeps. Totus namque in eo fuerat, vt Hungaros ab obsequio Matthiae coeco abduceret p). Malis, quae bella propterea enata pepererant, qui occurrere volebant, duos inter Principes, pacem, quia melior vix sperari poterat, procurarunt q). Leges eius

p) *Anton. Bonfin. Dec. III. Lib. IX. Beatus Wiedeman apud Goldast. in commentar. de regni Bohemiae iuribus T. II. p. 9. seq.* Si Friderici nulla etiam habenda fuisset ratio, legendus erat Casimirus rex Poloniarum, qui Elisabetham sororem Ladislai postumi habebat in matrimonio, et complures ex ea filios susceperat. Anna soror Elisabethae vxor Wilhelmi Marchionis Misniae prole mascula carebat.

q) Instrumentum hoc pacis apud multos prostat Scriptores. Vide



eius praecipuae eo redibant, ut Princeps uterque regis Hungariae titulo uteretur, Matthias totum regnum Apostolicum regeret, illudque, legitimo filio non profante, Friderico, eiusque gnato, summo cum imperio relinqueret r).

§. XLIX.

Quod hic in primis notari debet, est illud, regem Matthiam, pactum hoc, cum consensu ordinum regni iniisse. Cuius quidem Hungaros, ut non poenitebat, ita saepius idem etiam solenni ritu confirmatum ibant s). Illi, quidquid Matthias, et proceres regni hac in re egerunt

Vide *Bonfin. in adpendice ad Dec. IV. Libri VIII.* ex edition. Colonienti, Hanoviensi et Francofurtana, in primis *Auctar. diplom. Kollarii ad Casp. Vrsini Velii de bello Pannonico p. 204. seq.*

) Quot vacante, (sunt verba, quae in citatis tabulis foederis deprehenduntur) regno Hungariae filiis, seu nepotibus legitimis ex praefati domini nostri Regis Matthie lumbis procreatis non extantibus, sua Imperialis Maiestas aut filius suus Cesaree sublimitatis, quem ad „hoc deputandum duxerit, et post suae Serenitatis decessum filius eiusdem suae Maiestatis, quem reliquerit, „aut, si plures fuerint relictis, alter ex istis, quem regnum ipsum preelegerit in regem, ipsi regno Hungariae preficiatur, cum plena eiusdem regni administratione cet. Quid his evidentius esse potest?

) Tabulas deprehendes in laudato *Austario, pag. 210. 217. 219-234.*



runt cum Friderico, id totum ad comitia referendum, publicoque decreto regni adprobandum esse censebant. *Tabula foederis* pactorumque, in comitiis *anno 1463.* celebratis, in medium adlatae, praelectae, examinatae diligentius, communibusque ordinum suffragiis corroboratae sunt t). Enatum hinc est omni exceptione maiorius

t) Adducit iterum ex autographo tabulas *Kollar.* in eodem auctario p.235. seq. ex quibus sequentia hic adducere placeat: „Nos Dionisius dei et apostolice sedis gracia Cardinalis Archiepiscopus Strigoniensis cet. ceterique „prelati, barones, nobiles et proceres regni Hungarie. „Quod cum in estate preterita Reuerendissimus Reuerendusque in Christo patres domini Stephanus Archiepiscopus, cet. de nostro consensu et deliberacione ac „sufficienti mandato ad Serenissimum principem dominum Fridericum Rom. Imper. cet. nonnullos tractatus, dispositiones et pacta, pro pace et vnione, inter „ipsum dominum Fridericum Imper. et Serenissimum „Principem dominum Mathiam Dei gratia regem Hungarie, dominum nostrum graciosissimum, et ipsum regnum suum Hungarie, nosque eiusdem subditos, iam „firmatas nec non pro recuperacione sacre corone dicti „regni Hungarie fecerint et concluderint, promiserintque eidem Dno Friderico Imperatori nomine omnium „nostrorum, vt etiam nos, qui absentes in eisdem tractatibus fuimus huiusmodi dispositiones et pacta acceptaremus et ratificaremus. Igitur, nos recognoscentes eosdem dominos oratores iuxta limites mandatorum nostrorum eis datorum, ad vtilitatem regni et „omnium nostrum in rebus et negociis nostris huiusmodi „di



us Austriacum ius in Apostolicum regnum, publico regis et regni decreto stabilitum u). Ea de causa

„di processisse, egisse et conclusisse. Volentesque ex.
„inde ipsorum promissionibus satisfacere, vniuersas il-
„las dispositiones, et pacta, quas ipsi pro vnione et
„pace inter ipsum Dominum nostrum regem ac regnum
„suum, et nos, iam, vt premisimus, firmatis, nec non
„pro recuperatione sacre corone prenotate, iuxta con-
„tinentiam litterarum eiusdem domini nostri regis ac
„eciam aliarum litterarum ipsorum dominorum orato-
„rum sub eorum sigillis confectarum, fecerunt et con-
„cluserunt, quoad omnes earum articulos, clausulas et
„capitula acceptamus et approbamus cet. Datum in
„Congregacione nostra generali in Alba regali die ter-
„cia mensis Aprilis anno Domini 1464.

) Qui decreta regum Hungariae collegerunt et ediderunt, decretum hoc inter decreta Matthiae regis referre et publici iuris facere debuissent. Conf. supra laudatum *Beat. Wiedemann apud Melch. Goldastum loc. cit. p. 12. §. 13. seq.* Diesen Vertrag haben alle Stände „Prelaten, Baronen, Herrn und Adel der Cron Hungern, in dem gemeinen Landtag und Versamblang „zu Stulweißenburg auf die Crönung Koenig Matthie „gehalten, durch Ihr lauter ratification und Verschreibung, mit gemeinem Rath und Willen, und rechten „Wissen in allen und jeden Articulu und Clausulen, „allermassen wie der Buchstab solches Odenburgischen „Vertrags in sich halt, angenommen, adprobirt, und „unter Ihren Insiegeln, etwo vieler der fürnembsten „Personen, aus einem ieglichen Stande, insonderheit „aus Befelch, und im Namen der andern allen betie- „gelt,



caussa Fridericus III. coronam, sibi, et suo filio vindicabat, existimabatque ordines regni omnes suis a partibus futuros. Euentus tamen tristis contrarium docuit.

§. I.

Regeret aliquis, Hungaris recuperationem sacri diadematis iusto plus constituisse. Non solum ius succedendi post Matthiam, in Fridericum III. foedere hoc, translatum esse; sed etiam ingentem aeris vim Principi huic ab Hungaris exhibitam. Sed, quid haec ad Serenissimam gentem Austriacam? Quod si proceres nonnulli inquieti, omnium horum aliorumque malorum, quibus, sequentibus annis, Hungaria vidit se expositam, origo erant et auctores? Rem non alias fuisse comparatam, ex sequentibus non difficili opera cognosces.

1) Hungari inique immo et impudenter egerunt, quod reiecta regina Elisabetha, eiusque liberis, Principem extraneum, vix 16. annos natum, ad capeffenda gubernacula euocauerint.

Quid

„gelt, welcher ratification Brief, in seinem Anfang:
 „Nos Dionisius cēt. lautet, und daran seyn von jeden
 „Stand der Fürtrefflichsten Siegel, cet.“ Fusius hic et
 erudite Wiedeman argumentum decreti huius examinat.



Quid quaeso Wladislao iuris in regnum Hungariae competeat? Num sufficebat, quod Jagello-
ne patre natus fuerit? Repetere potius a rege hoc
debuissent Hungari, regna et ditiones, quae Si-
gismundo regnante; Poloni furruperant.

2) Elifabetha, ut, se, filium, et regnum, ad-
versus aemulum Wladislaum tueri potuisset, in-
gentem vim aeris a Friderico imperatore mutuo
accipere cogebatur. Princeps hic, sacrum dia-
dema Hungaricum tam diu tenendum, donec su-
um aes reciperet, pignoris loco accepit x).
Quis hoc tenebatur Friderico reddere? Nullus
certe alter, quam incluta gens Hungara.

3) Intulerunt Hungari Friderico eiusque
subditis, excursionibus et evastationibus in Au-
striam saepe factis, innumerabilia damna. Quis
haec tenebatur pensare y)?

I 2

4) Pro-

x) Ex solis documentis, quae *Kollar in annal. Vindobon. T. II. p. 842. seqq.* adducit, patet, Elifabetham, spa-
tio duorum annorum, 24000. flor. Hungar. mutuos a
Friderico accepisse. In litteris, quae pag. 842. pro-
stant, sequentia occurrunt: „Vnd dafür wir im unser
„kunigliche Kron zu einen Furpfant verfeczt ha-
„ben, cet.“ Litteris, quas pag. 844. adducit, omnes
pretiosi lapilli, quibus sacrum hoc diadema magnifice
exornatum erat, exponuntur.

y) Exponunt bella excursionesque has *Bonfin. Dec. III. Lib. VII. Gerb. Roo in histor. Austriaca Lib. V.* alii.



4) Proventus quoque regios, Hungari, quamdiu Ladislaus in Austria educabatur, capiebant, et DEVS scit, quos in vsus conuertebant z). Fridericus Augustus Principem hunc, eiusque aulam integram, suis sumtibus vsque ad an. 1452. alebat.

§. LI.

Sole hinc meridiano clarius est, Hungaros illos, contra omne ius fasque egisse, qui, mortuo anno 1490. Matthia Coruino, a fide Friderici Imperatoris et Maximiliani filii eius, recessere. Post lites scilicet et motus varios quamplurimi proceres, Wladislaw Polono, Bohemiae regi, gubernacula tradenda esse iudicabant. Nunquam hoc forte euenisset, nisi vidua regina Beatrix, artibus suis callide illis imposuisset. Cum enim sperauerit, Principem hunc coelibem, cuius amore in Conuentu Olomucensi anno 1479. capta esse dicebatur, matrimonium secum initurum: omni

z) Nullus scriptorum commemorat, Hungaros partem prouentuum regionum in Austriam expediuisse. Pars eorum, sine dubio, Ioanni Gubernatori cesserat, partem aliquam auararum priuatorum manus surripuerint. „*Gerbard Roo l. cit. Lib. VI. p. 238.* Matthiam, se filii „loco, habiturum, coronam aequis conditionibus redditurum, multis se damnis ab eo tempore, quo illam „accepisset, multis belli incommodis, petitem, magnos „pro Ladislaw sumtus fecisse, cet.“



omni virium contentione id egit, vt, vnus hic, omnibus aemulis reliquis anteponeretur. Quod licet euenerit, multi tamen officii et datae fidei memores, Maximilianum et regem Hungariae pronunciarunt, et cum exercitu, in regnum suum vt veniret, illudque subigeret, efflagitabant *a*). Fecit id Maximilianus annoque 1490. notabilem regni partem, mira occupauit celeritate. Expeditionem hanc sequebantur induciae, inducias excepit anno 1491. pax inter vtrumque Principem, DEO secundante, procurata. Pacis vero huius praecipuae leges id deposcebant, vt Wladislaus, matre Elifabetha, Hungarica alias Principe natus, imperium Hungaricum retineret, et in stirpem masculam transferret; si tamen hanc emori contingeret, Maximilianus, heredesque illius succederent in regno Apostolico, et pactis anno 1463. cum Matthia regnoque integro percussis, fieret satis *b*).

I 3

ni-

) *Bonfin. Dec. IV. Lib. IX. Gerhard Roo Lib. VII. seqq. Wiedemann apud Goldast. l. c. p. 18. §. 30.*

) *Bonfin. Dec. V. Lib. I. Gerhard Roo Lib. X. p. 482. seqq. Ipsum vero instrumentum exhibet Adam. Franc. Kollar in auctario ad Velii bellum Pannonicum p. 238. seqq. Placet hic iterum verba, quae pag. 246. deprehenduntur, et huc inprimis faciunt, adducere: „Item, „ipse Dominus Wladislaus rex, et vniuersum regnum „re-*



nibus regni probata iterum confirmataque est c).

§. LII.

„veteres illas inscriptiones super successione factas, ratificare, confirmare, et renouare teneantur. Ita videlicet, quod si ipsum dominum Vladislaum regem, heredem masculum non contingat suscipere, aut susceptum vita fungi, nullo herede masculino per lineam rectam descendente, post eum relicto, regnum ipsum cum vniuersis aliis regnis, prouinciis et dominiis, ad coronam regni Hungariae spectantibus, in ipsam Regiam Romanorum Maiestatem, aut eius heredes, per lineam rectam, ex lumbis suis descendentes, deuolutum intelligatur ipso facta, cet.“

- c) Instrumentum exhibet *Kollar l. cit. p. 260. Bonfin. quidem Dec. V. Lib. II. pag. edit. Colon. 510. seq.* proceres, et equestris ordinis viros nonnullos, legibus pacis huius nimium esse offensos, et in comitiis regni, in legatos, quod regis honores extraneis Principibus promississent, fere inuolasse, perhibet: videntur tamen haec a vero esse aliena. Parti forte, nobilium haec erunt adtribuenda, partem aliam Maximilianus a suis partibus habuerit. Mutasse tamen illos etiam consilium, ex Vladislai decreto I. praefat. §. I. colligo, vbi sequentia leguntur: „Quod cum post obitum Serenissimi Principis quondam Domini Matthiae regis praedeccessoris nostri bonae memoriae, atque exinde, post uocationem et assumptionem nostram ad regimen huius nostri regni Vngariae, suprema dispositione factam, multas et grauissimas hostilitates, quae cervicibus huius regni incubuerant, maximas etiam domesticas similes, et interna dissidia, quae omnia iam hoc regnum in vltimum periculum trahere et praecipitare viderentur, de-



§. LII.

Post aliquot annos inquieti nonnulli proceres, pacta haec iterum subuertere conabantur. Cum enim Wladislaum regem aetate ingrauescentem, proleque mascula adhuc carentem, summum apud suos in contemptum deuenisse, et regnum in incredibilem confusionem praecipitatum esse contemplarentur: id efficere volebant, ne quis post fata eius extraneus Princeps regno praeficeretur. Eaque de causa, anno 1505. famosam iniuerunt in comitiis conspirationem, qua, praelati, proceres, et nobiles, qui in campis Rakos aderant, omnibus iuribus et libertatibus, illum, qui extraneum aliquem Principem, regno Apostolico praeficiendum esse iudicaret, exuendum esse decernebant. Causae, quibus ad rem nunquam antea in regno Apostolico auditam, ordines hi se impulsos dicebant, omnes, quod mireris, partim lepidae admodum

I 4

sunt,

„debantur, diuino auxilio consilioque dominorum praefectorum et baronum eiusdem regni nostri complanassimus, et facta atque inita PACE ET CONCORDIA SVB CERTIS CONDITIONIBVS, primum CVM SERENISSIMO PRINCIPLE DOMINO MAXIMILIANO ROMANORVM REGE cet.“



sunt, partim confictae d). Wladislaus rex, licet comitiis his interfuerit, ea tamen, quae ordines secretius concluderant, vel ignorasse penitus, vel minimum contempsisse videtur. Improvide tamen est factum, quod in auctores conspirationis non inquisuerit diligentius, et pro merito in eos non animaduernerit. Ioannes enim Zapolyus, nunquam forte sceptrum Hungaricum surripere, et tantas turbas, quantas excitauit, excitare potuisset; nisi quam plurimis persuasisset, legibus patriis extraneos omnes ab imperiis Hungaricis arceri e).

§. LIII.

- d) Cognoscas haec omnia ex ipsis tabulis decreti ipsius, si ita licet illud vocare, quas *Prayus in annalib. regum Hungariae P. IV. p. 313.* exhibet. Conf. *Wiedemann l. cit. p. 57. §. 44. seqq.*
- e) Nullum statutum apud Hungaros vim decreti consequi, nisi illud a rege confirmetur, tironibus in iure et historia Hungariae notum est. Hoc statutum eo etiam vitio laborabat, quod quartus ordo, qui vrbes regias liberasque complectitur, in illud nunquam consenserit. Si tamen omnes quatuor regni status et ordines, cum rege statutum hoc etiam adprobassent, num tali facto, Maximilianum iure quaesito priuare potuissent? Plura legas apud *Wiedemann. pag. 58. §. 47. seqq.*



§. LIII.

Quod Wladislaus intermiserat, illud Maximilianus Imperator intermittendum esse non iudicabat. Quam primum enim cognouerat, quae tres ordines regni in campis Rakos, anno 1505. concluderant: statim exercitum notabilem conscribebat, vique a coepto tam temerario eos abducere volebat. Obseruabat, Ioannem in primis Zapolyium, adolescentem praetumidum ferocemque, altos spiritus ducere, et Annae filioe Wladislai regis non pridem natae nuptias insolenter ambire *f*). At, non videbatur tunc e re Hungarorum esse, armis cum imperatore contendere. Ad preces ergo se conuertere, et, per Wladislaum regem, a Maximiliano pacem expetere. Coaluit illa anno 1506. sed ita ut Maximiliani iura in regnum Apostolicum iterum confirmarentur *g*).

I 5

Id

f) Nicol. Istvanffius *hisor. Lib. IV. p. 52. seq.* Gerhard Roo *hist. Austr. Lib. XII. p. 431.* Conf. Wiedemann *p. 23. §. 41. seqq.* et Paul. Louius in *historia sui temporis Lib. XIII.*

g) Tabulas ex autographo transfumtas, quaeras in *Auchario Kollarii ad Velium p. 270. seqq.* ex quibus, sequentia huc pertinent: „Reseruamus tamen nos rex Maximilianus, nobis, et heredibus nostris, expresse omnia
„et



Id in primis admiratione dignum est, quod primores Hungarici, qui excludendis omne in ævum externis Principibus ab imperiis Hungaricis, in campis Rakos, anno 1505. maxime defudabant: pacem hanc plurimum promouerint, et in tabulis, quibus leges eius exponuntur, nomina sua sint professi. Certe famosus ille Ioannes Zapolyius, non vltimum, inter eos, locum occupabat *b*).

§. LIV.

„et singula hereditaria et alia quaecunque iura, quae ad regnum Hungariae, et pertinentia, hucusque habuimus, et in presenciarum habemus. Quibus hanc concordiam seu capitulationem nullatenus volumus derogare cet.“ Conf. laudatus *Wiedemann p. 23. §. 41. seq.* Multum motus est Maximilianus ad pacem ineundam, eo, quod vxor Wladislai partui fuerit vicina; spesque fuerit, eam filium in lucem edituram. *Gerhard de Roo Lib. XII. p. 431. Paul Iouius Lib. XIII.*

b) Scilicet Thomas Bakacs Archiepiscopus Strigoniensis, Sigismundus Thurzo, Emericus Perén Palatinus, Joannes de Zapolya, Josa de Som, et alii, quos vide in instrumento ad autographum exacto et transumpto, in *Auctario Velii pag. 268. seqq.* Conf. *Wiedemann loc. cit. pag. 23. seqq. Gerhard Roo Lib. XII. p. 431.* „post natum puerum, pacem cum Hungaris fecit, pactis de „successione denuo confirmatis.“



§. LIV.

Vt iura haec sua Serenissima gens Austriaca in regnum Hungariae facta tectaue conseruaret: adfinitatem cum Wladislao rege inire studebat. Post multa consilia vltro citroque agitata, tres reges, scilicet Maximilianus, Wladislaus et Sigismundus Vindobonae anno 1514. congregiebantur, et, quae ad firmandam amicitiam conjunctionemque pertinere videbantur, decernebant prouidentissime. Caput totius foederis erat, vt Ludouico, proximo heredi regni Hungariae, Maria Archidux Austriae, Maximiliani neptis, Anna vero Hungarica, vel Maximiliano ipsi, vel alterutri nepoti Carolo videlicet, vel Ferdinando Archiduci, olim daretur in matrimonium. Si Ludouicum nullam prolem masculam relinquere contingeret, nullum alium, quam Annam, maritumque eius, ad regium solium euehentos esse, iisdem tabulis decernebant *i*). Nihil hoc foedere efficacius esse videbatur, ad firmandam pacem inter vicinos Principes et coercendam Turcarum ferociam. Quod licet quam plurimi agnouerint Principes; inuenti tamen

i) Tabulas foederis deprehendes in *Sambuci adpendice ad Bonfinii Dec. V. Lib. V. et Adam. Franc. Kollar. auster. diplomat. p. 276. seqq.*



men sunt inter eos, qui eodem non parum se offensos ostendere volebant. Quos inter facile primas tenebat tumidus homo Prorex Emericus Perényi. Ausus hic est, Pofonii, publicis in plateis, pacta haec et foedera, quibus nihil praestantius excogitari poterat, nulla pronunciare *k*). Si quaeras, quo iure id fecerit, Patroni eius non aliud respondere possunt, quam quod eadem, statuto illi temerario, quod anno 1505. procuratum erat, repugnauerint e diametro. Verum in memoriam reuocare debuisset illustris vir, se, sociosque suos, ab hoc statuto, anno 1506. recessisse, et iura Maximiliani in regnum Apostolicum ritu solenni agnouisse *l*). Ad
poe-

k) Nicol. Istvanffius *histor. Hungar. Lib. VI. Wolffg. Bethlen. in hist. Transiluan. Lib. I. p. 16.* Ludouic. Tubero scriptor domesticus ac grauissimus, factum hoc adeo detestabatur, ut nec dignum quidem iudicaret, quod sua in commentaria referret.

l) Supra iam notavi, Emericum Peren, et Ioannem Zapolyium, mandatum, quod illis datum erat, qui ad procurandam cum Maximiliano pacem fuerant expediti, subscriptione nominis sui firmasse. Quid vero Perenyio nunc displicebat? Forte, quod rex, Annam filiam, extraneo Principi desponderit? vel, quod illius in regno Apostolico succedendi promiserit? Sed hoc iam aliunde habebat, illud, quae lex vetabat? Egit ergo



poenas ergo commeritas suis cum affeclis trahendus, non sacri Romani Germanici imperii Principis honoribus turbulenti vir ingenii augendus erat. DEVS certe impietatem eius inultam esse noluit. Hoc enim anno, pediculari morbo exagitatus, honores cum vita deponere cogebatur *m*).

§. LV.

Wladislaus anno 1516. interceptus fatis nomen potius, quam potestatem regiam, filio Ludouico, vix decem adhuc annos nato, relinquebat. Qui licet admodum miserabilem haberit educationem *n*), et ad res arduas tractandas,
viti

ergo contra omnia diuina humanaque iura, adeoque imprudentissime.

m) Nicol. Istvanff. *histor. Lib. VI.*

n) Nicol. Istvanff. *Lib. VI. Dubrav. in hist. Bohem. Lib. ultimo. Paullus Iovius histor. sui temp. Lib. XIII.* Si, vel Maximilianus vel Sigismundus rex Poloniarum, Ludouicum educasset, regnumque nomine pupilli huius administrasset: princeps praeclarae alias indolis, in regnandi artibus optime fuisset institutus. Sed, id non permittebat conditio, quam adiecerant Hungari, cum eum duos annos natum, coronarent. Prostat documentum, quo eadem clare exprimitur: „Ex quo varii essent rumores ex parte Serenissimi Principis Domini
„Maxi-



vti quidem debuisset, non praepararetur: nullus tamen fere in regno inuentus est, qui commiseratione quadam ductus, eidem bene cupe-
ret. Enimuero, antequam 12. aetatis annum
superasset, ordines, anno 1518. Tolnensi in
Conuentu decreuerant, vt, si Turca ad vastan-
das oras Hungaricas accederet, exercitum aduer-
sus

„Maximiliani Romanorum regis, et de conatibus eius-
„dem ad hoc regnum, essentque illius voluntas et actio-
„nes ipsis suspectae, vt eisdem dominos praelatos, et
„barones, et vniuersos regnicolas similiter litteris no-
„stris assicuremus, vt, neque viuentibus nobis, neque
„morientibus, praedictum filium nostrum, ad manus
„eiusdem vel alterius cuiuscunque forensis Principis in
„mundo, dabimus, et assignabimus, sed eundem, hic,
„in regno, et apud manus eorundem dominorum Prae-
„latorum et baronum, ac ceterorum regnicolarum no-
„strorum mittemus ad gubernandum — Promittimus
„praeterea, quod nos, eundem, illustrissimum filium
„nostrum, vt praemissum est, nec in vita, nec in mor-
„te nostra, praenominato domino regi Romanorum,
„sed neque cuiquam alteri Principi forensi, ad educan-
„dum et tenendum, seu gubernandum, dabimus, sed,
„eundem, ad manus dominorum praelatorum ac baro-
„num, et procerum, atque nobilium, et in hoc regno
„dimitemus et relinquemus, et de eodem, nullo pa-
„cto educere, aut educi facere uolumus, seu procura-
„bimus, cet.“



fus eundem duceret o). Auctor tam crudelis consilii fuerit Ioannes Zapolyus, qui, id iam totis agebat viribus, vt, Ludouico, antequam in spem masculae stirpis consequendae deueniret, oppressio, fasces regni sacrilega manu furripere potuisset p). Eo ex tempore, nihil eorum, praetermisit, quae ad opprimendum regem et regnum pertinere videbantur q).

Anno

o) *Art. 9.* „Quia vero expeditio illa generalis, absque „praesentia et interessentia regiae maiestatis, finem bonum adipisci non poterit (Quaerere aliquis poterat, „cur non potuisset bonum finem adipisci?) vt igitur „Maiestas sua regia banderium suum regale, secum „erigere, et Bachiam in persona sua propria descendere queat, cet.“ Quam laudem reportassent Hungari, si Turca, anno hoc, venisset in Hungariam, rex ei occurrisset, in proelio occubuisset, et Ioannes Zapolyus, artibus pessimis, iam hoc anno, partem ordinum, suas ad partes pertraxisset, coronatusque fuisset.

p) Placet id verbis *Casp. Heltai*, qui sub Principatu Ioannis Zapolyii, filiique eius Ioannis Sigismundi, vixit, probatum dare: „Hogy ez lönnö az Mohäts mezön,“ cet. Vide verba haec supra iam §. 44. litt. a. adducta.

q) *Wolfgang* quidem *Bethlen* conficta haec esse scribit, in *historia Transiluan. Lib. I. p. 13.* nihil tamen adducit, quo id probatum daret. Vt ea praeteream, quae



Anno demum 1526. quam diu votis omnibus expetebat, occasio rapiendi sacri diadematis

Istvanffius Lib. VIII. commemorat, genuinis ex documentis coaenuisque scriptoribus id ostendere intendam. Primum quidem Ferdinandus rex ipsum Iohannem in diplomate, quo Alexio Thurzo fundos Zapolyanos in Comitatu Scepusiensi confert, proditionis huius accusat: „Quae quidem oppida ex eo, quod idem Ioannes immemor fidei et fidelitatis suae, qua Serenissimo condam Principi Domino Ludouico dictorum regnorum nostrorum Hungariae et Bohemiae regi, sororio nostro charissimo, Domino suo naturali tenebatur, eodem Domino condam Ludouico Rege, curam et defensionem fidei nostrae Christianae dictique regni nostri Hungariae agente, castraque sua castris Imperatoris Turcarum in campo prope oppidum Mohacs opponente, idem Ioannes comes per litteras et iteratos nuncios eiusdem condam regis sui naturalis venire non curasset, cet.“ in *Supplement. Kollarii ad Lambecii T. I. bibliothecae Vindobon. p. 712.* Deinde, *Caspar Heltai in Chronico Hungarico pag. ultima,* ita rem exponit: „Hogy ez lönne az Moháts mezön, Szapoly Janos ez Erdély Vaida, az ö negy népével Szeggeduel fütözéc. Mert czac azt várja vala ö, Hogy odaveszne Lajos Kiraly, Hogy ö megát annac vtanna elő tolhatna. Onnét egyel elorofzkodéé anéptöl, es ugy lön szömbe a Soliman Czafzàrral, es ugy köté meg az eb lántzot véle, cet.“ Latine ita reddidit amicus: „dum haec euenirent in campis Mohacs, Ioannis Zapoly - Waivoda Transilvaniae, magno cum exercitu apud Szegedinum haesit. Idem enim expectabat, vt rex ibidem occumberet: vt se deinde prae aliis

„ob-



s adfulsit. Ludouicus rex bellicae rei ignariffi-
us, apud Mohacs, cum exigua parte Hunga-
rorum, qui sub signa venerant, valido exerci-
ti Turcico, copiam proelii fecit, vnoque hoc
proelio, sibi mortem, Hungarico vero regno,
propemodum interitum consciuerat. Zapoluius
a consiliis his, quae temeritas Paulli Tomo-
sei pepererat, regem facile abducere, et cum
propemodum millibus armatorum, quos
in ad Szegedinum perduxerat, in castra regia,
ante proelium commissum, si voluisset, potuisset
exercitum suum adducere. At, sicut Ludouici
mortem pridem iam optabat r), ita, postquam
Turca, nostris ad Mohacs, qua oppressis, qua
regatis, Hungariam, vtraque ex parte Danubii,
longe lateque vastaret, otiosum agebat spe-
ctatorem.

Non certe de eo fuit sollicitus, quomodo
tyrannide Turcica Christiani innocentes essent
li-

„obtrudere potuisset. — Inde se clam cum vno milite
„ab exercitu subduxit, et hoc modo Solimanni con-
„spectum subiit, atque sic, cum eodem, clandestinum
„minusque honestum iniit foedus.“

Cladem hanc multi descripserunt, *Istvanff. Lib. VIII. Io.*
Dubr. Lib. vlt. et Steph. Broderith in descriptione clad.
Mohacs. alii.



liberandi, sed quomodo, Ferdinando legitimo regni herede repudiato, Maiestatem, apud Hungaros, sibi comparare, et proceres, qui a partibus Ferdinandi erant, deprimere potuisset. Quod cum non procederat, maluit sub Turcicam clientelam concedere, illiusque tyrannidi partem regni maiorem subiicere, quam suae imperandi libidini iniicere fraenos. In eo profecto causa et origo est omnium illorum malorum, quae, Hungaria, ab anno 1526. fere ad exitum superioris saeculi, a crudelissimis Turcis indigne perferebat, quaerenda s).

§. LVI.

Postquam Solymanus, copias suas, ex Hungaria reduxisset, Ioannes Zapolyus totus in eo erat, ut ordines regni suas ad partes pertraheret. Pars quaedam eorum seditiosis eius consiliis infecta, conuentum celebrare, et in eo, Ioannem Zapolyum regem renunciare ausa est.

Ste-

s) Haec scriptores rerum Hungaricarum saec. XVI. et XVII. fusc exponunt. Huc vero faciunt *Nicol. Istvanff. histor. Lib. VIII. Ioann. Zermegh rer. gestar. inter Ferdin. et Ioann. Hung. reges* in primis vero *Casp. Ursinus Velius de bello Pannonico Lib. I. et sequent. Vindobonae anno 1762.*



Stephanus tamen Bathori, ad quem solum, quare regem regni per leges et consuetudines Hungaricas, ius conuocandi comitia pertinebat, cum Maria regina et praecipuis plurimisque proceribus, ausis his masculis se opponebat. Facile illis fuit ostendere, Ludouico extincto, electioni regis nullum locum esse, solum Ferdinandum, eiusque uxorem Annam, heredes regni esse, et haec illius compluribus posse probari argumentis. Praecipua huc redibant:

- 1) Foedus, quod anno 1463, inter Fridericum imperatorem, et Matthiam Coruinum procuratorem, et ab omnibus ordinibus regni in comitiis erat adprobatum.
- 2) Foedus hoc anno 1491. et anno 1506. renouabatur.
- 3) Anno 1514. adfinitate duplici idem confirmare placuit.
- 4) Ferdinandus Archidux, cum vnica Ludouici II. sorore anno 1521. Sigismundo rege Poloniae consentiente, et quidquid iuris in regnum Apostolicum, qua frater Wladislai, et Alberti Austriaci, ex filia Elisabetha nepos, habere



bere poterat, in eum transferente, matrimonium iniit *t*).

Quae, cum Palatinus, et alii prudentiores proceres regni, diligentius perpenderent: magnis precibus legitimum regem Ferdinandum urgebant, ut in regnum suum veniret, et pro ritu gentis, sacram coronam et regni insignia, assumeret. Dolendum tamen est, quod adesse statim non potuerit, et quod ob externa negotia grauissima, coronatio non prius, quam anno 1527. die 3. Nouembr. suscipi potuerit *u*).

Quae in contrarium adducuntur, ea iam praecedent. Capitibus credo solide confutata esse. Et licet magnas calamitates illa pars regni, quae
in

t) Unicus hic Princeps erat, qui Ferdinando, regis honores apud Hungaros, dubios facere potuisset. Quia tamen adhuc, apud eos, nulla lex prostabat, qua heredes masculi femineis anteponerentur, et Sigismundus, omne, quod videbatur habere in regnum Hungariae ius, in Annam Wladislai fratris filiam et Maximilianum Imperatorem, huiusque posteros masculos, foedere anno 1514. inito, transtulerat, nihil profecto Ferdinando regi, regnum Hungariae sibi vindicanti, iure opponi poterat.

u) Optime haec exponit, qui in aula Ferdinandi vixit *Casp. Vrsin. Velius de bello Pannonico*, quem *Adam Franc. Kollar* primum anno 1762. in lucem protulit.



n fide Ferdinandi, eiusque posterorum constanter permansit, perferre debuerit: malebant tamen quaeuis extrema tolerare, quam a debito obsequio recedere, omnes illi, qui quantum crimen sit, fidem frangere, et Turcis colla subdere, secum reputabant. Lege demum in comitiis anno 1547. perlata sanxerunt, Hungaros Ferdinando I. eiusque heredibus omne in aeuum subiecisse x).

K 3

CAPVT

) Placet verba, quibus ordines regni remtam arduam expresserunt, commemorare. In decreto anni 1547. art. 5. §. 5. „cum se, ordines et status regni, non solum Maiestati suae, sed etiam suorum heredum imperio et potestati in omne tempus subdiderunt.“ Conf. *Wiedemann, laudatus l. cit. pag. 25. seqq.* quo si *Lib. B. de Kemény in Commentat. sua de iure succedendi Serenissimae Domus Austriacae in regno Hungariae, anno 1722.* conscripta, vsus fuisset, longe solidius argumentum hoc pertractare, et aduersae partis rationes confutare potuisset. Sed forte nihil ei de libello hoc solide conscripto constabat.



C A P V T VIII.

QVO

OSTENDITVR, QVO MODO HVNGARI A
IVRE HEREDITARIO RECEDERE, ET QVALEM
FACVLTATEM REGEM LIBERE ELIGENDI IN REGNO
APOSTOLICO, AETATE RECENTIORI,
INTRODVGERE VOLVERINT.

§. LVII.

Nescio, quae caussa Hungaros impellebat, vt aliquot abhinc a saeculis, regnum hereditarium in electitium commutare vellent. Omnia munera publica maiora rex Apostolicus, ante duo, et quod excurrit, saecula, pro arbitrato conferebat, et in alios etiam, si ita placuit, transferebat. Quibus haec displicebant, illi, reges, sine dubio, pro arbitrio legendos, regnoque praeficiendos esse putabant.

§. LVIII.

Ne quis tamen haec alias, quam intelligenda esse existimo, intelligat: notandum est, me, non de illorum lectione loqui, qui, vel ipsi per
filias



falias aliquas a regibus Hungariae genus et ortum repetebant, vel matrimonium cum filiabus regum inibant. Wenceslaus, Otto Bauarus, Carolus I. Sigismundus et Wladislaus II. Principes omnino Hungarici fuere. Albertus gener erat Sigismundi, Ferdinandus I. Wladislai II. Wladislaus I. ea lege rex electus est, ut cum Elisabetha viduata connubia iniret. De his iam superioribus capitibus, quae necessaria esse videbantur, commemoravi. Hos, nulla omnino lex ab imperiis Hungaricis arcebat, licet ordines stringi non potuerint, ut omnes hos, eo ordine, quo rerum potiri coeperant, reges renunciarent.

§. LIX.

Huc ergo referendi sunt illi in primis, quibus nec natales, nec matrimonium ad prestanda imperia Hungarica viam pandebant. Occurrunt autem nonnullorum nomina in annalibus Hungarorum, qui, solum per electionem ordinum regni, summum apud Hungaros imperium consecuti esse videntur. Vix tamen haec aliquando uenissent, si illi, penes quos summa auctoritas erat, iusta in concordia vixissent. Quia tamen subinde dissensiones, quibus regnum mirum in modum exagitabatur, apertas in seditiones rebellionisque eruperant: ausi quoque sunt non-



nulli externos Principes ad capeſſenda ſceptra inuitare. Luculens huius rei exemplum deprehendes in Bela IV. prouidentiori, quam feliciori rege. Volebant ſtatim initio regiminis eius nonnulli proceres, eo repudiato, ad Germanos confugere, ſuoque legitimo regi externum ſufficere y). Eaſdem fere viciffitudines expertus eſt Sigismundus imperator. Multi, ab hoc, proceres defecerant, et ſceptra Hungarica Jagelloni offerrebant. Quod eo indignius ferebat Sigismundus, quod omnibus notum fuerit, Hedwigam, per quam non nihil iuris in Hungariam ille conſecutus eſſe videbatur, nulla poſt ſe relicta ſtirpe, iam deceſſiſſe z).

§. LX.

Commodiſſima vero ad nouandas res affuſiſſe videbatur occaſio, quum Ladislaus poſtumus anno 1457. decederet. Odium enim, quo in Principem hunc, eiufque ſorores, accenſi erant

y) *M. Roger. in miſerabili carmine, ſeu hiſtor. ſuper deſtructione regni Hung. Cap. 9. apud Schwandtner in collectione ſcript. Hungar. T. I. p. 297.*

z) Oſtendit hoc Sigismundus in tabulis, quibus bona et iura Genti Garaianaſe iam antea collata, ſollempni ritu confirmat, et *Dlugos. in hiſt. Polon. Lib. X.*



rant, ob vitam, Ladislao Coruino temere promissam ademptamque, proceres potentes aliquos eo impellebat, ut, nisi sequenti anno decessisset, ab eo defecturi fuissent. Mortuo vero eodem, Michael Szilagyi, armis coercere, et ad dira supplicia, omnes eos, trahere volebat, qui in adolescentis Matthiae Coruini, Pragae in carceribus haerentis, verba nollent iurare. Erant, hoc non obstante, non pauci proceres, qui, eidem, quamdiu poterant, renitebantur. Horum aliqui Fridericum III. Imperatorem, longe tamen plures Casimirum regem Poloniae, cui Elisabetha Ladislai soror, matrimonii vinculo fuit copulata, anxie expetebant. Coruinus ergo, ex carceribus, ad thronum regium, non tam liberis suffragiis, quam aperta vi deducebatur. Nec mirum, quod multae deinde eidem superandae erant difficultates, donec ab his Principibus, inter reges sibi concederetur locus. Hic tamen rex etiam, ius hoc hereditarium gentis regiae sua electione violatum, sollemni ritu anno 1481. confirmatum ibat a).

K 5

§. LXI.

a) *Decretum Palatinale art. 2.* „Si quispiam regum heredem in tenera aetate constitutum reliquerit, Palatinus „ex officio tenetur et debet illum, tanquam tutor, in „regnis



§. LXI.

Tempus illud fatale, quo Hungari ius legendi regem pro arbitrato, idque ad solos viros in folio Hungarico natos enutritosque restringendi, sibi comparare studebant, in infelix illud calamitosumque Wladislai II. imperium referendum est. Anno namque 1505. conpirationem illam famosam iniuere, quae eo vergebat, ut Wladislao, et heredibus eius masculis, quibus tamen adhuc destituebatur, extinctis, crimine perduellionis notaretur, qui externum aliquem Principem eligendum existimaret. Sed, quo iure haec, tres regni ordines, decernebant? Nullo profecto. Num hi Maximilianum iure, quod iam antea sibi comparauerat, priuare poterant? Iam supra ostensum est, post fatalem illam cladem Mohacsianam anno 1526. nullam regis legendi adfuisse necessitatem. Habebant Hungari heredes regni, Ferdinandum Archiducem, et uxorem eius Annam, quarum ius succedendi

„regnis et dominiis paternis conseruare et fideliter defendere. Cui quidem Palatino interim, quoad heres „ipse in adultam peruenerit aetatem, vniuersi illius subditi et regnicolae, perinde ac vero domino et regi „semper obedire, et in omnibus rebus obtemperare te„neantur.“



cedendi in dubium vocare, iura diuina humanaque non permittebant. Licet vero post aliquot annos, Ferdinandus, Ioanni Zapolyo, partem regni titulumque regis Hungariae concesserit: non alia tamen de causa id fecit, quam, ne totum regnum sub asperam Solimanni Turcarum Principis deueniret tyrannidem. Conditiones praeterea illae, ad quas foedus hoc cum Zapolyo percussum, reductum erat, non solum ius Ferdinandi hereditarium non tollunt, sed etiam egregie confirmant *b*).

§. LXII.

b) *Wolfgang. Bethlen. in hist. Transilvaniae Lib. II. p. 81. seqq. 42.* articulos adducit, quorum septimus in primis huc pertinet: „Quantum, inquit, ad regnum Hungariae, et eius administrationem attinet, ita ordinatum, et conclusum est, ut tam ipse Romanorum, quam Serenissimus Rex Ioannes, eam partem regni et prouinciarum ei subiectarum, quam nunc de facto tenet, libere, cum omni regiae potestatis plenitudine teneat, et possideat, — Ex quo autem nunc Serenissimus Dominus Ioannes rex vxore et liberis careat, postquam Dei vocatione ex hac luce discesserit, etiamsi filium tunc haberet, ob respectum tamen salutis huius regni et reipublicae Christianae, quae, ex hac pace, et confoederatione, auxiliante domino DEO, certo sperat tot malis, quae hoc regnum annis superioribus, undecim et amplius perpeßum est, se, decus suum et familiae postponere salutis publicae, ad hoc conde-
scen-



§. LXII.

Illud in primis adtentionem immo et admirationem deposcit, quod Ferdinando I. ad clauum sedente, ius hoc iterum publica lege fit stabilitum, In *decreto enim anno 1547.* confecto artic. 5. §. 5. haec prostant: „Cum SE ORDINES ET STATUS REGNI, NON SOLVM MAIESTATI SVAE, SED ETIAM SVORVM HEREDVM IMPERIO ET POTESTATI IN OMNE TEMPVS SVBDIDERVNT.“ Quid his euentius esse potest? In decreti vero anno 1550. art. I. declarant: „Se, vitam et fortunas suas, PRO SVA MAIESTATE, EIVSQUE SERENISSIMIS LIBERIS IN OMNE TEMPVS PROFVNDERE PARATOS ESSE.“

Satis

„scendit, vt, post mortem suam, etiamsi, vt supra dictum est filium haberet, vniuersum Hungariae regnum, cum omnibus regnis, prouinciis, et partibus ei subiectis, et cum omni plenitudine iuris regni, administrationeque regni et prouinciarum ipsarum, in praefatum dominum Romanorum regem, vel, eo interim praemortuo, in filium eius, quem regnum hoc communi consensu in regem eligere tenebitur, et illo defuncto, in eius legitimos heredes ac successores, ex filiis et heredibus illorum legitime descendentes, et iis quidem e medio sublatis et deficientibus in Caesar. Mattem. et ipsius legitimos filios et heredes deuoluatur et condescendat, deuolutumque ac condescensum habeatur ipso facto.“



Satis hinc evidens est, ius istud, non masculos solum, sed femineos etiam heredes posterofque Ferdinandi regis adtingere. Horum ab imperio, extinctis illis, recedere summum fuisset piaculum. Licet vero post fata etiam regis huius immortalī laude clari, Hungari, libertatem legendi regis sibi vindicare, et decretis regum eandem adferere voluerint: haec tamen, quomodo sint accipienda, paullo infra dispiciam. Suffecerit in praesens notare, facultatem talem eligendi, qualis post fata Ferdinandi I. in Hungaria fuit in usu, iuri hereditario nihil prorsus obstitisse. In praesens, ad foedus tantum illud prouoco, quod Rudolphus II. cum Sigismundo Bathori Principe Transilvaniae, anno 1595. iniuerat, et quod a toto regno Apostolico est adprobatum. Relictus est foedere hoc Principatus Transilvaniae Sigismundo, eiusque posteris masculis. Ulud quoque placuit addere, ut primogeniti, quoties res ad successionem ventura esset in Transilvania, prae reliquis Principibus haberetur ratio c). Exstincta Bathorii mascula stirpe,

c) In articulis tractatum Transiluanicorum insertis *decreto anni 1595. artic. 2.* „Vt Transilvaniae iurisdictio, inclusis etiam cunctis iis Vngariae partibus, et confiniis „haetenus per Principem possessis, penes eundem Prin.
„ci-



stirpe, Transilvania, vi foederis huius, ad reges Hungariae redire debuisset *d*). Adhuc enim eadem pro parte regni Hungariae habebatur *e*).

Quae, de parte regni ordines hic decreuerant, cur ea totum ad regnum non essent extendenda? Post Bathorios, oportuisset semper reges Hungariae tenere Transilvaniam. At, in Transilvania, ut ostensum est, ius hereditarium re-

„cipem dominum Sigismundum Bathori de Somlyos,
 „eiusdemque heredes masculini sexus, ex propriis
 „lumbis, in sua linea recta descendentes, cum iure
 „primogeniturae eo prorsus modo, quo tempore an-
 „tecessorum ipsius Principis fuerunt, nempe Iohannis,
 „Stephani et Christophori Bathori, cum omni prouen-
 „tu, iure et antiquo vsu integra absolutaque ita maneat,
 „ut semper merum mixtumque imperium, liberamque
 „iurisdictionem in ea habeat.“ Deprehendes instru-
 mentum foederis huius etiam in *Wolffg. Bethlenii Lib.*
VIII. p. 574. seqq.

d) Eodem art. §. 3. „Deinde, ut decedente, sine heredi-
 „bus masculis ipso Principe, vel illis superstitibus, et
 „in hac eius linea legitima deficientibus, ipsa Transilua-
 „nia, eique annexae ditiones, non in alterius, quam
 „in suae Maiestatis, eiusque successorum Vngariae re-
 „gum ditionem et potestatem (tanquam verum et in-
 „separabile membrum) absque vlla controuersia perue-
 „nire debeat.“

e) Cit. enim artic. §. 3. Transilvania verum et inseparabile membrum Hungariae regni vocatur.

retinendum erat. Quis ergo huic locum in regno Apostolico denegauerit?

§. LXIII.

Breuiter adhuc dispiciendum esse existimo, quale illud ius legendi regem, quod ordines regni sub regibus ex Serenissima gente Habsburgica Austriaca sibi attribuebant, fuerit. Licet enim Ferdinando I. adhuc imperium tenente, promiserint, se, ab imperiis posterorum, quos relicturus esset, numquam recessuros: id tamen etiam ex annalibus constat, noluisse Hungaros viuente eodem Ferdinando, in coronationem primi eius filii Archiducis Maximiliani consentire. Antesignanus horum fuerat prorex aetatis illius Thomas Nadasdi. *Nicolaus Istvanffius* regem Ferdinandum ita in comitiis hac de re loquentem adducit *f*): „Aequum mihi, neque „vobis inutile, aut indecorum fore visum est, vt „de successore tempestiue prospectum esse cupiam, „ac Maximilianum filium — vobis in regem „vestrum vltro commendem; sequutus exemplum „Mariae reginae, ac postea Wladislai regis soceri mei, quorum illa, sponsum suum, qui post- „ca

f) Lib. XX. edit. Colonienfis de anno 1622. pag. 401. seqq.



„ea imperauit; hic vero Ludouicum filium ad-
 „huc trimum in successores suos eligendos, et
 „sollenni pompa coronandos curauerunt, cet.
 „Neque vos, mihi id denegaturos, sed vestra
 „sponte oblaturos, existimo, quod iure debere
 „videmini: et tum me multorum meorum erga
 „vos beneficiorum vberimum fructum percepisse
 „arbitror; quum non solum non indigno deside-
 „rio huic meo, sed etiam, quod vobis vsui or-
 „namentoque sit futurum, vestris suffragiis votif-
 „que firmando, prout vestri erit muneris et offi-
 „cii, cet. Palatinus respondit: se inficias non
 „ire, quin successio regni liberos eius respiciat,
 „quos tres omnibus naturæ dotibus, ac rara vir-
 „tute excellentes habet: neque id in dubium re-
 „uocari posse, sic tamen, vt penes publica nobi-
 „litis suffragia, liberae electionis ius et arbitrium
 „sit, cet.“

Hoc ex responso, luce meridiana clarius
 est, Nadasdium, ius hereditarium Ferdinandi,
 eiusque liberorum, in regnum Apostolicum, non
 fecisse dubium, illud tantum admittere noluisse,
 Hungaros obstrictos fuisse, primogenitum Fer-
 dinandi, reliquis eius filiis, antepone. Idem
Istvanff sagaciter obseruat, Nadasdium haec
 propterea protulisse, quod Archiduci Ferdinan-
 do,



o, alteri Ferdinandi filio, magis, quam Maximiliano, fauerit.

Proinde, turpiter hallucinantur, qui, ex his, aliisque concludunt, ius legendi regem Hungariae, prorsus absolutum arbitrariumque fuisse. Contrarium ostendi

) Ex decretis capit. praeced. adductis.

) Eo, quod ab anno 1527. praesens usque ad tempus, nullos alios reges, quam qui Ferdinandum I. communem patrem venerabantur, habuerint.

) Ab aetate Ferdinandi I. proclamatio magis in regno Apostolico, quam electio obtinebat. Nullus alius candidati nomen apud Hungaros consequabatur, quam is, quem reges in imperio successorem esse volebant. Nunquam suffragia ordinum colligebantur, quod exempla Maximiliani, Rudolphi, Matthiae II. Ferdinandi II. Ferdinandi III. et Leopoldi M. loquuntur. Neque regius, neque extraneus Princeps, neque procerum Hungaricorum aliquis, candidato eiusmodi Austriaco Hungarico, qui ad regnum Apostolicum promouebatur, solebat adiungi. Nec in sacro Romano Germanico imperio, nec in Polonia, nec in
L aliis



aliis regnis, quae electione Principes solent nancisci, ratio haec eligendi vnquam locum habebat.

§. LXIV.

Sed regeret non nemo, non omnibus reges hos placuisse, iuisse subinde ordines in partes, et regibus his, ex gente Austriaca acceptis, alios opposuisse Maiestatemque in eos Hungaricam transferendam censuisse. Id quidem non nego: at, quo modo inde confit? aliquos inquietos et feditiosos ciues, reges suos potestate summa, quam a DEO, in conformitate legum Hungariae sunt consecuti, eadem legitime exuisse. Quod, vt euentius sit, lustrandos esse existimo omnes eos, ad quos honores hi summi ab aliquot proceribus deferebantur. Primus inter eos est Ioannes Zapolyus, qui licet anno 1526. sacro redimitus sit diademate: quia tamen id in manifestum Ferdinandi legitimi heredis et regis praeiudicium factum est, inter legitimos reges statim non potuit referri. Non prius certe, quam anno 1538. titulum regium, ex peculiari concessione Ferdinandi legitimi regis: et consensu ordinum regni Hungariae, est consecutus. Tribuere id debebat insigni Ferdinandi clementiae, qui, ne regnum afflictissimum integrum

sub



b triste Turcicum iugum detruderetur, prouenter titulum hunc cum Ioanne communicat, pacemque cum eo inibat. Quibus uero litibus honores hos circumſcripſerit Ferdinandus, id iam ſupra commemorauimus. Filius Ioannis, Ioannes Sigifmundus, ſucceſſor in Tranſilvania, electi regis Hungariae titulum aſſumebat, tunc tamen, nec in comitiis regni ab ordinibus ceperat, nec a Principibus Europae regum numero adponebatur. Gabriel Bethlenius, occupato anno 1621. ſumma celeritate, fere toto regno, apud Neſolienſes comitium coegit, et eo, titulo regis Hungariae a ſeditioſis cohoſtatus eſt, quo etiam uti coepit. Sacra tamen corona, quam ſub ſua poteſtate habebat, adſeſſae illius caput eius exornare non ſunt auſi. Sed etiamſi hoc factum fuiſſet, num id ſuffeciſſet, ad honores regios legitime conſequendos? Modestiore ſe hac in re praebuit, ante eundem, Stephanus Bocskai, qui coronam ſibi a Turca oblatam, acceptauit quidem ut donum, ſed ita, ut Rudolphi Maieſtas in regnum ſalua et illaeſa maneret. Reliquorum, qui a regibus defecere, mentionem aliquam iniicere, operae pretium non eſt, cum nullus eorum titulo regis Hungariae a ſeditioſis fuerit auctus.



C A P V T IX.

QVO

OSTENDITVR, QVO MODO IVS ELIGENDI
PENITVS SVBLATVM, IVS HEREDITARIVM
CONFIRMATVM, ET PER IVS PRIMOGENITVRAE
IN ORDINEM IVSTVM EST
REDACTVM.

§. LXV.

Ius, quod primogeniturae vocatur, videtur pri-
fcis Hungariae ordinibus non prorsus ignotum
fuisse. Licet enim illi, ex pluribus, qui ade-
rant, regiis Principibus, eum, qui reliquis dignior
iudicabatur, regno praeficiebant: subinde ta-
men primogenito peculiare adtribuerunt ius, eum-
que agnatis omnibus anteposuerunt. Certe,
nonnulli Principes, qui successores in paterno
regno denominati fuere, titulo primogeniti, in
documentis publicis utebantur g).

§. LXVI.

g) In primis saeculo XIII. Bela IV. et Stephanus V. titulis
his vti sunt. Multa eorum privilegia haec a fronte
praeferebant verba: *Bela primogenitus Andreae, cet. Be-*
la



§. LXVI.

In primis vero titulo hoc illi Principes, qui reges iuniores compellabantur, vsi sunt, quod supra Cap. V. §. 34. ostensum est. Si in causis rei huius diligentius inquisuerimus, deprehendemus, Principes hos caruisse patris et cognatis aliis, a quibus, et aetate superarentur, et qui honores regios sibi dubios facere potuissent *b*). Iuniores fratres adprobare haec debent, partim propterea, quod parentes ordinationis huius fuerint auctores, partim, propterea, quod ordines ipsi iudicauerint aequitatem deponere, ut seniores iunioribus fratribus antepollerentur. Facile quoque demonstrari potest, etiam IV. et Stephanum V. qua iuniores reges, omnia fere iura ea, quae patres eorum reges, percipisse, vide supra Cap. V. §. 36.

§. LXVII.

Sequentibus saeculis, consuetudo haec laudabilis, in legem abiisse videbatur. Post breue

L 3

Ste-

la primogenitus regis Vngariae illustris cet. id. Stephanus Dei gratia rex primogenitus illustris regis Vngariae, cet.

Bela IV. quidem habebat fratrem Stephanum postumum, quia tamen is extorris fuit, et Venetiis vsque ad mortem domicilium retinuit: nulla eius in Hungaria ratio habita est.



Stephani V. imperium, filius eius Ladislaus IV. Cumanus adpellatus, rex apud Hungaros euadebat. Antequam ille debitum naturae persolueret, agnatus eius Andreas III. ex Italia aduocabatur, spemque Stephano succedendi in regno consequebatur. Carolo I. tres filii fuere, quorum tamen, quamdiu ille vixit, nullus rex est renunciatus. Quamprimum decessit, magna ordinum consensione, Ludouicus I. vix 16. annos adhuc natus coronabatur *i*). Quod quemadmodum nemo inficiari potest, ita nulla lex, ex decretis regum, adduci potest, qua idem ordinatum fuisset. Immo, nonnunquam ordines consuetudinem hanc facere missam non sibi duxere religioni. Andrea III. fati intercepto, Hungari, nulla ratione eo perduci poterant, vt Carolum Robertum Stephani V. regis ex sorore Maria nepotem, eligerent. Nihil precibus, comminationibus nihil, Bonifacius VIII. Benedictus XI. et Clemens V. summi Pontifices, apud Hungaros proficiebant. Displicebat id in primis ordinibus regni, quod non tam commendaerint illi, quam obtruserint Principem huncce genti

i) Discas haec ex antiquioribus et recentioribus rerum Hungaricarum scriptoribus. Legi potest instar omnium P. Georg. Pray in *annual. reg. Hungar. P. I. et II.*



ri liberae k). Hungari contra ea, primum Wenceslaum, deinde Ottonem Bauarum, cognatos remotiores, illi anteponebant.

Post mortem Ludouici I. non proximus eius agnatus Carolus, paruus dictus, sed filia illius Maria, et huius sponfus Sigismundus Marchio, reges sunt renunciati. Ladislao demum postumo immatura morte extincto, non pauci regni ciues, Casimirum ad finem eius multis expetebant precibus, Wilhelmus Marchio Misniae, qui alteram Ladislai sororem Annam habebat in matrimonio, vtraque cum filia, Catharina scilicet et Margaretha, nullum in censum hac occasione venerant l).

§. LXVIII.

Iam etiam de regibus, quos Serenissima gens Habsburgica Austriaca genti Hungarae dederat,

L 4

rat,

k) Legas M. Thurocz in Chron. P. II. Cap. 8. seqq. Bonfin. Dec. II. Lib. IX. ex recentioribus vero in primis P. Pray in anal. Reg. Hung. P. I. p. 380. seqq.

l) Catharina collocata est Henrico duci Münsterbergensi, ex qua nata est Anna, quae demum Henrico comiti a noua domo (Neuhauß) nupsit. Margaretha maritum nacta est Ioannem Marchionem et electorem Brandenburgicum. Legas scriptores rerum Bohemicarum, Silesiac. in primis Hennelii ab Hennefeld Chronic. ducum Münsterberg. apud Sommersberger. in scriptorib. rerum Silesiac. T. I. p. 210.



rat, non nihil commemorandum est. Magnus ille Ferdinandus I. totus in eo erat, vt non solum ius hereditarium, quod sibi in regnum Apostolicum competeat, publica lege stabiliret, sed illud etiam primogenito Principi adfereret. Quantum tamen hoc in proposito in Thoma Nadasdi Palatino regni nactus sit aduersarium, id iam Cap. VIII. §. 63. expositum est.

Quod eidem denegauerunt, hoc filio eius Maximiliano ordines regni concessisse, et publica lege confirmasse videntur. Concludo, quod adseuero, ex *decreti anni 1569. art. 33.* „quod „praeterea sua Maiestas cum Serenissimo Archi- „duce Carolo fratre suo charissimo, tractatura „sit, vt in absentia suae Maiestatis vices eiusdem „gerere, resque Vngaricas administrare velit; „status et ordines regni laudant, et humiliter ap- „probant, hoc suae Maiestatis consilium: opta- „rent tamen, atque adeo humillime supplicant, „vt, cum maiores natu filii suae Maiestatis domi- „ni eorum Clementissimi, iam pluribus annis ab- „sint in Hispania, et plurimum intersit, cum il- „lorum, tum vero fidelium subditorum Maiesta- „tis suae, vt potius ad latus suae Maiestatis con- „tinue agentes, et in consiliis praesentes audiant „et videant in dies modum et formam regiminis,

„mo-



mores praeterea, et leges consuetudinesque subditorum suorum, quibus aliquando praefuturi sunt, addiscant adhuc iuuenilibus annis, exemplo ipsius Maiestatis suae, et Serenissimorum, fratrum suorum, quos dominus Ferdinandus Imperator, dominus noster clementissimus beatae memoriae, ab ipsa quasi pueritia, rebus et consiliis agendis exercebat, nonnunquam vero in absentia vices suas illi committebat, dignetur illos, vel nunc tandem reuocare. Et casu quo suam Maiestatem a regno longius abesse continueret, vnum ex illis, loco sui, et si vsquam possibile sit, in Vngaria (vt linguam quoque gentis addiscant) relinquere.“

Hoc ex articulo, sequentia fluere existimo:

1) Omnes regios Principes, iure ciuitatis Hungaricae fuisse gauisos, etiamsi patrem extra Hungariam natum habuerint. Suffecerit matre vel auia Hungara regia Principe ortos fuisse *m*). Adeoque

L 5

2) Non

m) Neminem fugit in Polonia rem aliter comparatam esse. Qui iure ciuitatis Polonicae, antequam rex renunciabatur, destituebatur, illius filii Polonica ciuitate destituebantur. Nemini non constat, Augustum III. in pactis conuentis promittere debuisse, se, sine consensu ordinum, nec bona, nec honores aliquos filiis suis collaturum esse.



- 2) Non habebant necessum, ius ciuitatis Hungaricae, quod Hungari indigenatum vocant, sibi comparare; quin potius excellentioribus iuribus, quam quicumque procerum filii, superbiebant *n*).
- 3) Omnes regii Principes heredes erant regni Apostolici, iusque certo ordine succedendi hoc in regno, eisdem dubium facere poterat nemo *o*).
- 4) Vnus eorum regi praestabat vicariam potestatem, si is, extraneis in ditionibus, quacunque de causa, tempore comitiorum demorabatur; hocque ius exercuit, etiamsi regnum Palatinum vel Locumtenentem habebat *p*).

5) Re-

- n*) Poterant e. g. bona integrasque dynastias in regno possidere, emere, vel quacunque alia ratione sui iuris reddere. Ad comitia quoque, si voluissent, venire potuissent, et quoscunque honores ex regia liberalitate acceptare, cet.
- o*) Hoc quoque prisca aetate semper obtinebat, quod iam supra probatum est. Hedwiga, licet forori Mariae, et Sigismundo adfina regnum Hungariae cesserit, heres tamen regni et adnexarum prouinciarum permanfit.
- p*) Hoc quidem anno, regnum Palatino destituebatur, Locumtenentis tamen munere Paullus Boraemisza Episcopus Transilvaniae fungebatur. Ita, dum Ioannes Coruinus et Michaeli Szilagyi gubernatores erant, Palatinis regni superiores fuere, quod cognosces ex historia Hungariae et diplomatibus.



- 5) Regii filii plus iuris habebant in regnum Apostolicum, quam fratres; seu, propiores agnati remotiores, ab imperio, apud Hungaros, excludebant *q*).
- 6) Ex similitudine rationis concludendum est, cognatos propiores excludere remotiores *r*).

§. LXIX.

Quae cum ita se habeant, facile causae illae, quibus Hungari permoti sunt, vt anno 1572. Rudolphum Archiducem successorem patris Maximiliani renunciarent, detegi possunt. Caue illas ab aetate prouectiori regis petas, cum vix adhuc sextum supra 40. superauerit annum. Accedit, quod principio statim decreti ordines regni gratias agant Maximiliano, pro singulari illa bene-

q) Declaratio hacc ordinum regni, eo maiore adtentione est digna, quod Carolus Archidux, Maximilianus heros magnus, et de Hungaria optime fuerit meritus Princeps. Rudolphi et reliquorum Maximiliani filiorum, nulla adhuc in regnum Apostolicum merita prostabant, quod neminem, nisi hospitem in historia Hungariae, fugit.

r) Idem testamenti tabulis ordinauerat Ferdinandus rex, quas vide apud *Franc. Ferdin. Schroetter in der fünften Abhandlung aus dem Oesterreichischen Staatsrechte pag. 415. seqq.*



beneuolentia, quod Rudolphum filium Hungaris concefferit, coronandumque curauerit s).

Paullo post Hungari haec iterum immutare, et ius legendi regem ex profapia regia sibi vindicare coeperunt. In *Decreto* enim *anni 1608.* in praefat. §. 3. fequentia rex et archidux Matthias commemorat: „vnde nos, praemiffa „omnia et fingula, ad optatum finem fecundo „omine perducere cupientes, postquam, EX VE- „TVSTA REGNI CONSVETVDINE, authorita- „te praelibatae Caefarea Maieftatis; vigore etiam „conclufionis, in priori eorundem regnicolarum „Pofonii habito Conuentu factae, tanquam Su- „premys praefati regni Gubernator, profefto „beati

s) *Articul. 2.* ita habet: „Deinde, perceptis iis, quae Ma- „ieftas fua Caefarea, et regia, ad ipforum refponfum „benigne replicauit, maximas in primis et immortales „gratias Maieftati fuae Caefareae agunt, et habent, quod „ex ingenti et plane paterna benignitate fua (quam, „cum alias femper plurimis argumentis, tum potiffi- „mum hoc tempore, erga ipfos, declarare dignata eft) „humilem ipforum poftulationem, in qua chariffimum „filium Maieftatis fuae Caefareae, natu maximum Se- „reniffimum Principem et Dominum Dominum RVDOL- „PHVM Archiducem Austriae cet. IN LEGITIMVM SVC- „CESSOREM MAIESTATIS SVAE, REGEM videlicet VN- „GARIAE DECLARANDVM petebant, tam pie et prom- „pte, tamque clementer admiferit, cet.

„beati Michaelis Archangeli, anni praesentis 1608.
 „generalem ipsis regnicolis diaetam, in ciuitatem
 „regiam Pofoniensem indixiffemus, ac publica-
 „femus; in frequenti eorundem regnicolarum
 „conuentu, post plures tractatus vltro citroque,
 „inter nos, ac adnotatos status, et ordines, eiu-
 „dem regni Vngariae habitos, vifum est illis ante
 „omnia articulos Viennenses, in accuratam de-
 „liberationem reassumere, ponderare, ac in cer-
 „tam methodum perpetuo valituram redigere:
 „ac tandem, nos, in dominum et regem ipfo-
 „rum, paribus votis et vnanimi confensu eligere,
 „proclamare, inuocatoque demum numinis di-
 „uini auxilio, feliciter etiam coronare.

Ex his patet, ordines regni, vel ignoraf-
 se ea, quae anno 1569. artic. 3. decreuerant,
 vel, quod vero fimilius est, ab hac ordinatione
 recedere voluisse. Posterius illos adtentasse
 existimo, qui res nouas moliebantur, quorum
 imperium Rudolphi ferax fuisse videtur.

§. LXX.

Tergiuersationibus his prouidentissimus Im-
 perator Leopoldus finem fecit. Cum de impe-
 rio eius in Hungaria actum esse videbatur, DEVS
 omnes eius inimicos aduersariosque coercuit,
 ar-



armisque victricibus Leopoldi ita benedixit, ut ferox barbarus tota depelleretur Hungaria. Quia tamen bellum hoc in sextum, supra decimum, annum protractum est, et Hungari diuturna calamitate exagitati, parum admodum ad bellum hoc conferre poterant: propterea, Leopoldus, omnes prope modum redditus, quos, ex regionibus et prouinciis suis hereditariis habebat, hos in usus conuertere debebat. Multas certe myriades aeris in copias colligendas, supplementa et adparatus bellicos faciendos, conuertere debebat. Milites externorum remotiorumque Principum sumebat in stipendia, ac, toto pro Christiano orbe, ea suscepit et peregit, quae, ante eundem, regum licuit memini. Hungaros ad insurrectionem, qua sola aliquantisper iuuari potuisset diuus Leopoldus, stringere, ea de causa, nec poterat, nec volebat, quod multi eorum Toeckelyo, qui Turcas in Hungariam euocauerat, adhaeserint. Postquam ergo diuina adiutus ope, Turcica a tyrannide, totum propemodum deperditum antea regnum liberaisset, iure victoris uti, et leges praescribere potuisset. Praeualuit tamen, apud eundem, clementia, nec quidquam ab ordinibus regni aliud expetiit, quam ut clausula extremi articuli decreti Andreae II.



olleretur t), et sui posteri masculi in regno succederent, ea tamen lege, vt primogenitus semper

) Clausula haec quidem sanum sensum admittebat; seditioni tamen, eandem, alio trahebant, quod ipso artic. 4. decreti huius innuitur: „Memores insuper existentes „iidem status et ordines benignae propositionis eiusdem „suae Maiestatis Sacratissimae, reformationem quippe „soli illius clausulae, seu potius regibus contradicendi et resistendi licentiae, in art. 31. secundi Andreae „R. de anno 1222. appositae, ex rationibus inibi recensitis instituendam innuentis; licet quidem eiusdem „articuli praeattaeta in parte, probum sensum non nisi „quorundam priuatorum praua interpretatio, in alienum praeuaricatum ne fors detorquere studuisset; saniorumque suae Maiestatis Sacratissimae fidelium statuum et ordinum nunquam ea mens fuisset; quod „iuxta illum (per maleuolos et seditiosos obuersum) „contra legem regem et dominum suum quispiam armis confurgere, et sese erigere queat: hoc nihilominus etiam in passu, pro vltius contestanda deuotione et humillima incontaminatae fidelitatis obligatione sua, ac radicitus eliminenda diffidentia, quae, „inter regem et regnum, eidemque annexas partes, „ea propter fors in futurum suboriri posset: iidem status et ordines demisse complacenti, et subdito animo annuerunt, praenarratae clausulae, de contradicendi et resistendi licentia interpositae, a tenore „et sensu praecitati articuli 31. praeinserti decreti secundi Andreae regis, concomitanterque et inaugurali iuramento praenarrata forma deposito, mediante praesenti articulari constitutione exclusae et semotae cet.“ Ex *Decreto Andreae II.* de anno 1231. quis genuinus sensus clausulae huius sit, facile posset ostendi.



per apud Hungaros rerum gubernacula teneret. Si quo pacto hi deficerent, et Caroli I. regis Hispaniarum fratris Ferdinandi I. mascula soboles proftaret, huic ius fuccedendi in regno Hungariae eft adfertum *u*).

§. LXXI.

Id tamen multis valde mirum videtur, quod Leopoldus M. hac occasione, pofterorum fuorum femineorum immemor fuiffe videatur. Quaerunt illi fortiusque vrgent, cur, eum in cafum, fi omnes Ferdinandi I. et fratris eius Caroli I. pofteri masculi, quod anno 1740. euenerat, emori contingeret, filias eorum non fubftituerit, illisque lege expreffa non decreuerit imperium. Ad haec repono breuiter, ponderofis eum, ad haec confilia, inductum effe argumentis, quae etfi omnia edifferere nequeam, non tamen plane nulla abs me poffunt commemorari.

u) Artic. 2. — „Praefati vniuerfi ftatus et ordines huius regni Vngariae, et partium ei annexarum declarant; quod a modo impofterum, neminem alium, quam al- tetitulatae fuae Caef. et Regiae Maieftatis propriis ex- lumbis fuis defcendentium mafculorum heredum pri- mogenitum, in perpetuum (id ipfum etiam ftatuen- tibus articulo 5. anni 1547. aliisque fuperinde exftan- tibus) pro legitimo fuo rege et domino, fint habitu- ri, cet.“ Articulus 3. §. fequenti adducetur.



memorari. Leges prudentiae id deponere videbantur, ut tempestate hac masculorum non nisi heredum, expressis verbis, fieret mentio;

1) Quidem necdum videbatur consultum, ius, quod lege expressa primogenitis est adtributum, ad femineos etiam heredes extendere. Qui in historia Hungariae non profus sunt hospites, illis constabit, quanto labore et industria praeiudicatae opiniones de iure legendi regem Hungaris eximi, his in comitiis, debuerint x).

2) Habebat eo tempore Leopoldus duos iam filios, Iosephum et Carolum Archiduces, sperabatque, per hos, antiquissimam prosapiam Habsburgicam Austriacam, seram in posteritatem propagatum iri. Nec ipse Leopoldus spem adhuc plurium filiorum obtinendorum deposuerat.

3) Al-

x) Quantum vulnus articulis 3. citatis inflatum esse crediderint seditiosi Hungari, qui Auctore Francisco II. Rakoczio anno 1703, et sequent. perniciosissime gerebant bellum civile in Hungaria, ex scriptis eorum, statutisque conciliabulorum, quae coegerant, optime cognoscitur. Prostant aliqua postulata eorum in *Histoire des revolutions de Hongrie T. III. et IV.* Confer. quoque manifestum belli Franc. II. Rakoczii.



- 3) Altera in linea Austriaca vnicus postabat Princeps Carolus II. rex Hispaniarum. Certum iam fere videbatur, eum, filium nullum relicturum superstitem. Quia tamen eius et Hispanorum fauorem Leopoldus tueri volebat sollicitius: quidquid adfini huic voluptatem quandam adferre poterat, id Augustus multa cura faciebat. Qua re id in primis intendebat, vt eius post obitum, liberis suis eo faciliorem ad Hispanica regna et imperia accessum pararet.
- 4) Fundamentum iuris huius hereditarii et constitutionis in pactis, quae Fridericus III. Imperator cum Matthia I. rege Hungariae inierat, quaerendum esse videtur. Cum vero Ferdinandi non minus, quam Caroli posterius, eum patrem factoremque communem reueantur: propterea, in ordine hoc quoque successionem in regno Apostolico concernente, linea Caroli Hispanica non videbatur praetereunda.

§. LXXII.

Qui existimat Leopoldum, lege hac, femineos heredes ab imperiis Hungaricis penitus exclusisse, Hungarorumque in libertate reliquisse, quem, emortuis masculis principibus Habsburgicis



cis Auftriacis, eligere vellent, ille vehementer fallitur. Repugnat opinioni huic articulus 3. *Decreti anni 1687.* „Quodsi vero (quod diuina „bonitas in omnia saecula clementer auertere „dignetur) eiusdem suae Caesareae et Regiae Ma- „iestatis, semen masculinum deficere contingeret; „ex tunc istius modi deoluendi et suscipiendi re- „giminis successio (erga aequae praeuiam, prae- „declaratoque modo praemittendam regiam af- „sirationem, ac acceptandos praementionatos „diplomaticos articulos, et praestandum desuper „iuramentum) redundet et transeat, in Serenissi- „mum quoque Hispaniarum regis Domini Caroli „II. pariformiter masculinum semen, adeoque, „duntaxat in eo casu (quem diuina Clementia „benignissime arceat), quo tam alte nominatae „suae sacrae Caesareae et Regiae Maiestatis, quam „praefati Serenissimi Hispaniarum Regis masculi- „num semen deficeret: AVITA ET VETVS AP- „PROBATA CONSVETVDO praerogatiuaque „praefatorum statuum et ordinum IN ELECTIO- „NE ET CORONATIONE REGVM, SVVM LO- „CVM HABEAT.“

Tota res eo redit, vt ostendatur, quid *avita, vetus ac approbata consuetudo in electione et coronatione regum* obseruata, sibi velit. Ego existimo, id, vt extinctis posteris masculis, ordines sibi re-



gem ex femineis eligant. Quo quidem in casu, Hungari non tenebantur quidem, primogenitae Principis praecipuam habere rationem; neque tamen etiam poterant eandem, ex candidatorum ordine excludere. Non permittebant id

- 1) forma imperii, quae in ciuitate Hungarica obtinebat, Cap. III. §. 20. seqq.
- 2) Antiqua decreta et diplomata, quae iam supra eod. Cap. III. sunt commemorata,
- 3) In primis artic. 5. *Decreti anni 1547.* ad quem ordines in *Decreto anni 1687.* articulo 2. prouocant. Fatentur Hungari citato 5. artic. „cum se, se ordines et status regni, non solum Maieftati, suae, sed etiam fuorum heredum imperio et potestati in omne tempus subdiderint, cet.“

CAPVT X.

QVO EXPONITVR, QVOMODO IVS HEREDITARIVM SERENISSIMAE DOMVS AVSTRIACAE PER SANCTIONEM PRAGMATICAM ACCVRATIVS EST DETERMINATVM.

§. LXXIII.

Primordia saeculi praesentis Serenissimae Domui Austriacae dura admodum fuerunt. Non solum enim patrimonium suum Hispanicum armis vindicare, sumtuosissimumque iuxta ac diuturnum, in Hispania, Italia, Belgio, et Germania bellum gerere



ere cogebatur; sed in Hungaria etiam exitiabilis rebellio est exorta. Auctores eius fuere duo in primis comites Hungarici, Franciscus II. Rakoczy et Nicolaus Bercsenyi. Urgebant illi, suis cum affeclis, quorum magnam in regno Hungariae consecuti sunt multitudinem, vt, quae anno 1687. artic. 2. 3. et 4. decreta erant, abrogarentur, regnum Hungariae in tale electitium, quale antea nunquam erat, converteretur, et noua prorsus imperii forma in regno Apostolico, nouaeque leges introducerentur y).

§. LXXIV.

Leopoldus I. quidem et Iosephus I. filius eius, multa prudentia, rebelles suam ad clementiam reuocabant, et calamitatem, in quam patriam suam coniciebant, ab ea auertere intendebant: alto tamen supercilio omnia haec contemnebantur. Ita fata dura ferre videbantur, vt regnum propemodum extremam in ruinam, auctores vero seditionis, tristem in infelicitatem detruderentur. Causa iusta triumphabat, ea, quae anno 1687. decreta fuere sapienter, firmabantur; extinctoque anno 1711. Iosepho, vnico, isque vltimus, etiam ex Serenissima domo Habsburgica Austriaca Princeps masculi-

M 3

nus,

y) Patent haec ex scriptis, quae annis his euulgabantur. Vide, si libet cit. *Histoire des revolutions de Hongrie T. III. et IV.*



nus, Carolus VI. ad gubernacula apud Hungaros feliciter accedebat z).

§. LXXV.

Gens Illyria initio statim imperii eius, ea, quae anno 1687. decreta fuere, ad femineos etiam heredes extendebat. In comitiis vero, quae anno 1715. Pofonii habebantur, is ordo succedendi, qui anno 1687. decretus fuerat, confirmabatur a). Postquam tamen ordines metuere coepissent, ne in Carolo VI. rege, semen masculinum Habsburgico Austriacum prorsus deficeret, et, ne, propter successionem in regno Apostolico, bella perniciosissima oborirentur: totas curas in id conuertebant, ut ordinatione sapienti malis his occurrerent tempestive. Ea de causa anno 1722. conuentum regni Pofonii instituebat, et in eo, sanctionem pragmaticam, anno adhuc 1713. die 19. Aprilis elaboratam, et a gente

z) Pacatum inuenerat Carolus VI. dum ex Hispaniis rediret, regnum. Conuentione enim Szatmariensi omnibus seditionis, qui ad obsequium legitimi Principis redibant, omnium criminum et piaculorum condonatio tribuebatur. Vide illam inter reliquos, in *Auctore de l' Histoire des revolutions de Hongrie T. IV. p. 180. seqq.*

a) *Decr. anni 1715. artic. 2. §. 8.* „quod in casu (quem „DEVS procul auertere velit) defectus masculini seminis nostri; praerogatiua regiae electionis, coronationisque antefatorum statuum et ordinum, in pristinum vigorem, statumque redibit, et penes hoc regnum Vngariae, et praedictas partes, eiusdemque „antiquam consuetudinem illibate manebit.



ente Illyria acceptatam, publica lege confirmabat. Quia quidem id in primis cauebatur, ne, quae regna et prouincias ille regebat, sua post fata, separarentur ac diuiderentur; quin potius semper vnus principis, et quidem primogeniti, subessent imperio, eo ordine, vt

) Caroli VI.

) Iosephi I.

) Reliqui Leopoldi M. heredes et successores succederent. Femineis vero heredibus, quauis in linea, masculos placuit antepone**b**).

§. LXXVI.

Artic. 2. *Decreti anni 1723. §. 5. seqq.* ita habet:
 „in defectu sexus masculini sacratissimae Caesareae et
 „regiae Maiestatis (quem defectum DEVS clementissime
 „auertere dignetur) ius hereditarium succedendi in
 „regnum Vngariae, et coronam, ad eamque partes
 „pertinentes, prouincias et regna, iam diuino auxilio
 „recuperata et recuperanda, etiam in sexum Augustae
 „domus suae Austriacae femineum, primo loco qui-
 „dem ab aite fata modo regnante Sacratissima Caesa-
 „rea et Regia Maiestate, dein, in huius defectu a diuo
 „olim Iosepho: his quoque deficientibus, ex lumbis
 „diui olim Leopoldi Imperatorum et regum Vngariae
 „descendentes eorumque legitimos Romano Catholicos
 „successores vtriusque sexus Austriae Archiduces, iuxta
 „stabilitum per sacratissimam Caesaream ac Regiam
 „regnantem Maiestatem, in aliis quoque suis regnis
 „et prouinciis hereditariis, in et extra Germaniam si-
 „tis primogeniturae ordinem, iure et ordine praemis-
 „so, indiuisibiliter ac inseparabiliter inuicem, et inli-
 „mul ac vna cum regno Vngariae, et partibus, regnis
 „et prouinciis eidem annexis, hereditarie possiden-
 „dis, regendam et gubernandam transferunt, cet.“



§. LXXVI.

Sanctio haec pragmatica, ita inclutae genti Hungariae arrisit, vt, praeter spem et expectationem omnem, eandem auidius acceptaret. Relata illa est in *Decreto regni anno 1723*, inter principes articulos. Lege hac tam salutari, arctiori quoque vinculo ditiones Auftriacae sunt colligatae. Tenetur, vi illius, quaeuis prouincia, aduersus omnes illos hostes, qui quocunque demum sub praetextu, armis aliquam peterent prouinciam Auftriacam, totis viribus auxiliacionem illi praestare c).

§. LXXVII.

Euidens hinc est, sanctione hac pragmatica, Fidei quoque Commissum familiae Auftriacae quoad omnes ditiones Auftriacas esse introductum. Proprietas illarum totam respicit Serenissimam familiam heredesque Leopoldi M., imperium tamen summum, et omnia ad illud pertinentia Maiestatica iura, vnum tantum ad Principem, qui ad clauum sedet,

c) Iste enim scopus sanctionis huius erat. Idem innuunt verba articuli, quae §. 7. occurrunt, *indivisibiliter ac inseparabiliter inuicem ac insimul hereditarie possidendis*. Et §. 1. eiusdem articuli, „vt successiuis quibusuis temporibus, ab omnibus externis et etiam domesticis confusionibus et periculis praeseruari, immo in alma et continua tranquillitate ac sincera animorum vnione, aduersus omnem vim externam felicissime perennare possit cet.“ De sanctione hac legas *Franc. Ferdinand. Schrötter in der fünften Abhandlung aus dem Oesterreichischen Staatsrechte p. 241. seqq.*



edat, pertinent. Reliqui Principes regii, qui in
his ditionibus degunt, illius subsunt imperio.
Hinc quoque facile diiudicaueris, vtrum et in quan-
tum rex Hungariae, ex regno Apostolico, vel
aliis ditionibus suis sanctione pragmatica compre-
hensis, aliquid alienare possit. Certe ea-
dem nihil erat efficacius, ad ius primogeniturae
stabilendum, et pacem securitatemque publicam
in ditionibus Austriacis tuendam.

§. LXXVIII.

Licet vero sanctio haec pragmatica, non ad-
mittat, vt ditiones Austriacae, plures, quam vnum
imperantem, habeant: eadem tamen non obstat,
quo minus rex Apostolicus, si commoda id re-
gni aliaque adiuncta deposcant, Corregentem
denominet, partemque curarum in eum trans-
ferat. Si honore hoc principem illum, qui aliun-
de proximum ius succedendi habet, vult augere;
ab eo solo dependet, quibus legibus et condi-
tionibus, eundem, ad partem curarum admitten-
dum esse iudicat. Corregens talis, quidquid
potestatis habet, a rege illud accipit, nihilque,
quod voluntati eius mandatisque repugnaret,
praecipere potest. Vti vero rex iura Maiestatica
secundum leges et consuetudines regni exercet:
ita Corregens quoque, munere suo melius de-
fungi non poterit, quam, si sancte eas coluerit



tuitusque fuerit. Nollem tamen, ut, quae hic adduxi, eum ad Corregentem, qui ius succedendi nullum ex functione pragmatica habet, extendas *d*).

§. LXXIX.

Paradoxa quidem haec sententia iuris publici et historiae non usque quaque gnaris hominibus videtur: facile tamen, nisi me omnia fallunt, ea vindicari et extra dubium collocari potest. Suffecerit in praesens aliquot non nisi rationes adducere, quarum

- 1) Sequens esto: licet regi ea semper decernere, quae ad curas imperii grauissimas facilitandas pertinent, idque etiam salus regni et ditionum cum eo, quocunque modo connexarum, deposcit.
 - 2) Ordines regni, quod propterea metuant, non facile ostendes. Corregens enim, omnem suam potestatem, a rege et legibus, quae in regno obtinent, accipit.
 - 3) Nulla lex publica, nullum decretum, opinioni huic opponi potest. Non sum quidem nescius,
- d*) Huc vero referas diuum Franciscum I. Augustum anno 1741. Corregentem in regno Hungariae renunciatum, qua de re §. sequenti nonnulla.



sciis, nonnullos articulum 4. *Decreti anni 1741.* obiicere, sed, quam ille praesentem ad casum parum faciat, facile ostendi potest. Sanctio pragmatica diuum Franciscum I. Augustum, nihil adtinebat, cum inter heredes Leopoldi M. non pertinuerit. Quia tamen e re Hungarica esse videbatur, eum in partem curarum regni vocare; propterea id, et, cum consensu ordinum, et in comitiis, decerni debebat. Munus hoc illis legibus ei deferendum erat, quibus sanctioni pragmaticae, non solum nulla vis illata est; sed ea etiam robur maius stabilimentumque est consecuta. Quid haec, ad Principem, quem DEVS, vi sanctionis pragmaticae, proximum regni heredem esse vult, et, qui omnem potestatem, soli regi et legibus regni in acceptis referre debet?




- 4) Si Regi Apostolico olim iam licebat, gubernatorem sibi adiungere, eique maiorem, quam ea erat, qua Palatinus, vel Locumtenens regius gaudebat, potestatem adtribuere, et quidem ea adhuc tempestate, qua rex libera ordinum electione lectus esse videbatur: cur, nunc rex non posset, partem curarum in proximum regni heredem deuoluere? Fuisse vero prius aliquando, apud Hungaros, in usu, ex Rudolphi II. rebus gestis elucet. Rex hic, Pragae



maxima ex parte degebat, curasque imperii, quoad eius fieri poterat, a se amouebat. Quia tamen Turca, regnum Hungariae excursionibus et bellis continuis, valde exagitabat: propterea, primum Ernesto, deinde Matthiae Archiducibus, Gubernatoris munus conferebat. Qui quidem nomine Regis Rudolphi, comitia ordinabat, dirigebatque, expeditiones fuscipiebat, et alia, quae ad regni commodum pertinere videbantur, faciebat. Legas in primis *Praefat. Decreti anni 1608. §. 3.*

- 5) Iam prisca aetate, Hungariae complures habebat Corregentes. Ostendi id supra Cap. VI. probatumque dedi, eos, a regibus fuisse renunciatos, et omnem, qua excelebant, potestatem, ab illis accepisse.



INDICVLVS RERVM ET NOMINVM MEMORABILIORVM.

A.

<i>Almus</i> Waivoda non erat dux Hungarorum Pag. 10. n) 71 z)	
<i>Andree II.</i> Regis decretum quando diplomate regio confir- mari coepit.	26
<i>Andreas III.</i> num vltimus fuerit inter domesticos reges.	58 f. not.)
<i>Angli Saxones</i> ex septem ciuitatibus in vnam coiungere.	3
<i>Anna</i> filia Wladislai II. regis Archiduci Austriae desponde- tur.	139
<i>Anonymus Belae regis notarius</i> ea tradit de Waivodis Hunga- riae, quae Constantin. Porphyrog.	2 a)
<i>Arpad</i> primus dux Hungarorum	3 seq.
— — quam potestatem est in Hungariam consecutus	5
— — iura Maiestatica quae sibi reseruauit, quae exercuit.	5. seqq.
— — Monarchiam Hungaricam iure hereditario est conse- cutus, et id ius in posteros transmisit	9
<i>Austriae Archiduces</i> quando ius in regnum Hungariae sunt consecuti.	124
<i>Austriacae gentis</i> ius in regnum Hungariae vnde est deriuan- dum.	122

B.

<i>Bani</i> quid olim fuerint,	72. 81
<i>Barbara</i> vxor Sigismundi non erat Corregens.	104. m)
<i>Baronum</i> regni numerum augendi, ius penes quem est.	90
<i>Baronatus regni</i> , num tempore S. Stephani prostitierint	13
— — alii senioris alii iunioris regis.	89
— — olim ad dies vitae non conferebantur	73
<i>Barones regni</i> aliquibus ducibus erant superiores	72
— — extraneis Principibus locum non cedebant	74
<i>Bathori</i> (Sigism.) pro se, et posteris masculis ius succeden- di in Transilvania consequitur,	157. f. c)
— — (Stephan.) Palatinus iura Ferdinandi I. aduersus Zapolyam egregie tuetur.	157
<i>Beatricis</i> reginae dolus malus in promouendo Wladislao II- ad regnum Hungariae	132
<i>Bel</i> (Carol. Andr.) de ducibus Hungariae peculiari prolu- sione agit	71



<i>Bel</i> (Matthias) diplomata duo insignia Belae IV. publici iuris fecit.	pag. 86. e)
<i>Bela</i> dux, quam regni partem tenuit.	78
— IV. primus rex iunior apud Hungaros.	84
— a nonnullis seditiosis contemnitur.	152
<i>Belgae</i> foederati in septem diuersas ciuitates abiuerunt.	3
<i>Benczur</i> (Ioseph) sententia probatur	37
— — vnde plura suum ad argumentum spectantia adducere potuisset.	20. d)
<i>Bethlen</i> (Gabriel) a seditiosis electus, sed non coronatus rex Hungariae.	163
<i>Bocskai</i> (Stephanus) titulum regium a Turca oblatum recipiat.	163
<i>Bona caduca</i> rex Hungariae retinere, vel, cui vult, conferre potest.	49

C.

<i>Capitaneatus</i> Hungariae ante S. Stephanum hereditarii	10
<i>Carcha</i> quam et qualem dignitatem apud Hungaros habuerit.	13. 14
<i>Carolus VI.</i> sanctionem pragmaticam sapienter procurauit.	182
<i>Chazarorum</i> Principes aliquid sibi in Hungaros potestatis vindicabat	4. not. 6. f.
— — sapiens consilium Hungaris suppeditat.	3. e)
<i>Cilejenses comites</i> num baronibus regni Hungariae anteponebantur.	74. f.
<i>Circularum IV.</i> in quos Hungaria diuiditur incerta origo.	15. f.
<i>Comes castri</i> parochianus quid.	16
— <i>confiniorum.</i>	17. z)
<i>Comitatus</i> num fuerint ante S. Stephanum in Hungaria.	14. f.
<i>Comitatensia</i> munera in Hungaria quando sunt orta.	42. 53
<i>Comites</i> Parochiani a comitibus curiae parochianis diuersi.	16
<i>Constantin. Porphyrogen.</i> antiquissimum Hungariae gentis statum exponit.	1. 3. f.
<i>Corregentis</i> potestas,	96. 116
<i>Corregens</i> quis primus.	98
— — a quo potestatem, quam habet, accipit.	98
— — qualem saeculo nostro potestatem habet.	185. f.
— — quando regno Hung. datus	98. 185



Corregens maiorem potestatem habet, quam *Gubernator*.
 pag. 116
Cupa Simegiensis voluit S. Stephanum maiestate priuare. 11.28

D.

<i>Diploma regium</i> apud Hungaros ante saeculum XIV. igno- tum	26
— — quis primus regum ordinibus dedit.	26
<i>Ditmari Mersëburgensis</i> locus emendatur.	9. not. 18
<i>Domini terrestres</i> in Hungaria, quale dominium in res, quas possident, tenent.	51
<i>Dominus eminens</i> et directus bonorum, quae nobiles Hunga- ri tenent, quis.	23. 45
<i>Donatio bonorum</i> in Hungaria, quae et qualis obtinet.	33
<i>Duces in Hungaria</i> ante S. Stephanum, qualem habebant Maiestatem	70. 71
— — quotuplicis ordinis.	71. f. 76
— qui non erant Principes regii non erant baronibus regni superiores.	74. f.
— regii tertiam partem regni olim tenebant	76. 77. f.
— — quando eam sunt consecuti.	76. f.
— — barones regni pauci habebant.	80. 1)
— — superiores erant omnibus regni ordinibus.	81. 112)
— — abusi saepe sunt sua potestate et turbas in regno ex- cirabant.	82

E.

<i>Electio regis</i> apud priscos Hungaros num fuerit in vsa.	37
— — quibus malis fuit obnoxia.	66
<i>Elisabetha</i> mater Ludouici I. R. H. <i>Corregens</i> .	98
— — <i>Mariae</i> I. <i>Corregens</i> .	100
— — <i>Ladislai</i> postumi <i>Corregens</i> .	108
— — qua re summam accepit iniuriam.	102. 118
— — cogebatur aere alieno ius suum in Apostolicum re- gnum tueri.	130. f.
— — a <i>Friderico</i> III. 24000. flor. Hungar. mutuo acce- pit	131. x)
<i>Episcopi Hungaria</i> a quo rege bona amplissima, quae pos- sidebant, acceperunt.	41
— — a quo denominantur, confirmantur.	40. f. 52



Episcopi Hungariae a quo rege primum locum inter ordines regni sunt consecuti. pag. 41
 — — principibus regiis sunt inferiores. 42

F.

Ferdinand. I. regis ius in regnum Hungariae 59. 147
 — coronationem quis descripsit. 146 s)
 — pro se et heredibus suis anno 1527. accepit regnum Hungariae. 149
Feudorum similitudo obtinet in Hungaria. 50. f.
Fideicommissum per sanctionem pragmaticam introducitur. 184
Franciscus I. Imper. Rom. Corregens qualis. 186. d) 187
Fridericus III. iniurias ab Hungaris patitur. 126
 — inprimis post Matthiae Coruini obitum. 130. 131
 — ius succedendi in regno Hungariae, cum consensu Matthiae regis et ordinum regni acquisiuit. 126. f.
 — tantum iuris in regnum Hungariae habebat, quantum Matthias Coruinus. 130

G.

Gara (Ladisl.) Palatinatu regni a Matthia Coruino exiuit. 74. a)
Geyfa pater S. Stephani incipit fundare abbatiam S. Martini in monte Pannonio et ecclesias. 8. 41
 — — a Ditmaro Merseburgensi laudatur. 9. not.
Gisela vxor S. Stephani num Petrum ad regnum Hungariae promouerit. 68. x)
Gylas quis fuerit, et qualem honorem apud Hungaros tenuerit. 13. 14.

H.

Haliciae Princeps baronibus regni antepositus. 75. k)
Haneri (Georg. Ieremiae) error notatur. 60. m)
Heltai (Casspar) Ioannem Zapolyium foedae proditionis accusat. 115. a)
Horca ex gratia Arpadis Transiluaniam est consecutus. 8 f. k)
 — primus Transiluaniae Waivoda. 8. f.
Hospites aetate S. Stephani in Hungaria liberaliter habebantur. 14. t). 55. f.
 Hun-



<i>Hungari</i> , quando in Hungariam intrarunt, et quomodo in vnam coaluerint ciuitatem.	pag. I. seq. 3
— magnam temeritatem commiserunt, quod Matthiam Coruinum in regem elegerint.	126
— foedam aduersus Wladisl. II. ineunt conspiracyem.	135
— recedunt anno 1506. ab eadem.	138. 156
— de ortu Maieftatis regiae in Hungaria male rationes subducunt.	5. 22
— regnum hereditarium in electitium commutare vo- lunt.	150
— quando primum id adtentarunt.	152
<i>Hungaria</i> quando diuifa in Comitatus.	14
— — quando diuifa in circulos.	15
— ad vtriusque sexus heredes regios pertinebat.	68

I.

<i>Iagello</i> inhiat regno Hungariae	152
<i>Indigenatum</i> regni Hungariae quis olim conferebat.	55. f.
<i>Ioannes Coruinus</i> filius naturalis Matthiae regis ad tempus tantum baronatum regni acceperat.	163
<i>Ioni</i> (<i>Ioannes</i>) Ludwiggii hallucinationes detegit.	21
<i>Iosephus I.</i> Imper. clementia vsus est in reuocandis seditio- fis Hungaris ab armis.	181
<i>Ius eligendi</i> regem Hungar. saec. XVI. et XVII. quale obti- nebat	151. 159. 166
— — diuersum ab eo, quod in aliis regnis obtinet.	169. f.
— — varias subit vicissitudines.	164. sqq. conf. 161. f.

K.

<i>Kemény</i> (<i>Ioann.</i>) notatur.	60. m). 66. 149
<i>Kollar</i> (<i>Adam. Franc.</i>) imposturas Leuakouichii erudite de- texit.	20
— — laudatur.	110. 115. z). 131. x)

L.

<i>Ladislaus postumus</i> quamdiu in Austria educabatur, nullos ex Hungar. prouentus capiebat.	132
<i>Lebedias</i> primum inter Wauidas Hungar. locum tenet.	3
— dat sapiens consilium.	4. e)
<i>Legislatriam potestatem</i> aetate S. Stephani, quis in Hungaria exercuit.	43



<i>Leopoldus M.</i> ius hereditarium in regnum Hungariae ad primogenitos masculos renocat.	pag. 173
— — cur illud ad femineos heredos non extendit.	176
— — femineis heredibus decreto anni 1687. nihil praeiudicii adtulit.	179; 161. f.
— — multa clementia in reuocandis Rakoczianis ad obsequium vsus est.	174. f.
<i>Ieuakovichii</i> artes notantur.	20
<i>Ludouicus I.</i> rex primus decretum Andreae II. diplomate confirmavit.	26
<i>Ludouicum II.</i> regem 12. annos natum, quis hosti obiicere volebat.	113
— — num fraudibus Zapolyi ad Mohacs oppressus est.	115. f.; 145
— — sponsus Archiducis Mariae renunciatur.	139
— — miserabilem habuit educationem.	141. f.
— — tutorem extraneum cur non sit consecutus.	141. f.

M.

<i>Maria</i> Archidux despondetur Ludouico II.	139
— I. Corregens erat.	102. f.
— iure hereditario successit in regno	100
<i>Masculi heredes</i> femineis in Hungaria non semper anteponebantur.	68
<i>Matthias Coruinus</i> ius succedendi in regno Hungariae nullum habebat.	126
— — transactionem memorabilem cum Frider. III. iniiit.	126. f.
<i>Maximilianus I.</i> ab Hungaris post mortem Coruini summa adfectus iniuria.	132
— — electus in regem Hungariae ius suum armis tueretur.	133
— — pace cum Wladislao inita ius suum in regnum Hungariae stabilit.	133. f.
— — bellum aduersus Hungaros parat	137
— — foedus et pacem renouat.	137
— — adfinitatem cum Wladislao II. et Sigism. regibus init, iusque suum in regnum Hung. firmat.	139. conf. 168
<i>Metalla</i> sunt in Hungaria regii iuris	51
<i>Minerarum</i> ius apud Hungaros est regale.	51
<i>Mohacs</i> fatale oppidum Hungarorum clade	145



<i>Monarcha Hungarorum</i> primus quis	pag. 39
— — num absolutam potestatem habuit	5. 9
— — magnam partem regni Hungariae tenebat.	7
<i>Moses</i> Palatinus regni, ex Saraceno factus Christianus.	56

N.

<i>Nadasdi</i> (<i>Thomas</i>) cur electioni Maximiliani Archiducis se opposuerit	159. f.
<i>Nobiles regni</i> Hungariae quae iura ante S. Stephanum habuerunt.	48. f.
— — non habebant ius in metalla et sales.	51
— — — num habuerint ius ante Lud. I. de bonis suis et iuribus possessionariis disponendi.	46
— — — tenentur armis et facultatibus suis patriam aduersus hostem defendere.	50
— — — non sunt domini thesaurorum in visceribus terrae haerentium.	51

O.

<i>Olomucensis congressus</i> quare Wladislao II. regi proficuus	132
<i>Oppelensis</i> (<i>Ludouicus</i>) dux licet extraneus, Palatinus tamen fit regni Hungariae	56
<i>Ordines</i> et status regni quot ante S. Stephanum	14. f.
— — — eligunt Palatinum in comitiis.	53
<i>Otto Frising.</i> iura regum Hungariae priscorum exponit	9

P.

<i>Palatinus</i> regni Hungariae prisca aetate a quo eligebatur.	53. f.
— — — quam potestatem et auctoritatem olim habebat.	54
<i>Pancratii</i> (<i>Michael</i>) lapsus.	57. i)
— — is regi Hungariae absolutam adtribuit potestatem.	58. k)
— — eminens et directum dominium in bona priuatorum regi tribuit.	52. a)
<i>Perenyi</i> (<i>Emeric.</i>) temeritas et audacia impia notatur.	140
— — obitus.	141



- Petrus I.* cuius opera ad regnum Hungar. promotus. pag. 68. x)
Pray (Georg) res gestas Hungarorum antiquissimas ex De-
 guinesio eleganter exponit. 3. d)
Primogeniturae ius num antiquo tempore in Hungaria lo-
 cum habuerit. 65. 97
Principes extranei in Hungaria baronibus non anteponeban-
 tur. 74
 — — S. R. Germanici imperii num in Hungaria baroni-
 bus regni superiores fuerint. 76. m)

R.

- Rakosiensi* in campo foeda anno 1505. procurata conspiratio 135. 154
 — — — id euincitur rationibus 135. f.
 — — — a regibus Hungariae numquam adprobata. 136
 — — — a conspiratione recedunt Hungari. 138. 156
Reges Hungariae primi absolutam potestatem habebant. 5. 9. 36
 — — quando apud Hungaros facti. 18
 — — qualem in ordines regni potestatem habeant. 36
 — — habent dominium eminens et vtile in omnibus no-
 bilium bonis. 45
 — — conferunt episcopatus, praeposituras et abbatias,
 quo iure. 52
 — — conferunt primos honores et dignitates ciuiles. 53
 — — summorum iudicium potestatem habent. 55
 — — indigenatum, olim, cui volebant, conferebant. 55
 — — habent ius corregentem denominandi 98
Regius titulus quid sibi velit, et quis ius illum conferendi
 habeat. 22. f.
Rex iunior apud Hungaros quid. 83
 — — quando primum apud Hungaros creatus. 84
 — — cuius auctoritate renunciatus. 86
 — — quoties in regno aderat. 85. f. n)
 — — quam partem regni habebat. 87. 88.



<i>Rex iunior</i> habuit peculiare regni barones.	pag, 89
— — habebat ius bellum gerendi.	90
— — foedus ineundi ius.	91
— — ius leges ferendi.	91
— — quales prouentus habuit.	91. f.
— — vtrum regi subiectus fuerit.	93
— — coronabatur, dum toto in regno succederet.	92. e)
— — vbi sedem habuerit, incertum.	95

S.

<i>Salmuczes</i> Waivoda Hungar. Arpadi pater	3
<i>Sanctio pragmatica</i> sapienter procurata.	182
— — eius contenta	183
— — fideicommissum eadem procuratum.	184
<i>Sarnovicz</i> oppidum a Maria I. quibus collatum	103
<i>Schwarz</i> (<i>Godofred</i>) coniectura ingeniosa de ortu Palatini et iudicis curiae	12
— — nummum aeneum Belae IV. et Stephani V. recenset.	95. g)
<i>Sigismundus I.</i> rex Poloniae in adfinitatem inter Maximilianum et Wladisl. II. procurandam consentit.	147
— — ius succedendi suum in regno Hungariae in Principem Annam, huiusque posteros transfert.	148. t)
<i>Sigism. Imperator</i> regnum Hungar. aduersus aemulum Iagellonem tuetur.	152
— — genus ducit a Bela IV. rege	124
<i>Siluestro II.</i> adtributa bulla conficta a Leuakouichio.	20
<i>Solimannus</i> clade ingenti Hungaros adfcit.	114
— — Zapolyam in clientelam sumit	115
<i>Status</i> et ordines quot apud primos Hungaros	14. f.
<i>S. Stephanus</i> primus rex Hungar. quando factus,	18
— — Hungaros ad Christum perducit.	19



<i>S. Stephanus</i> regium diadema et honores a quo consecutus,	pag. 19. f. 21. 22
— — cum regio titulo, num maiorem potestatem, quam antea habuit, sit consecutus,	24. 27
— — a quo coronatus.	25
— — vbi natus, baptifatus, coronatus.	25
— — num tempore coronationis Hungaris diploma dedit.	25
— — iure hereditario regnum Hungariae consequitur.	36
— — decem fundat episcopatus, abbatias et praepositorum multas.	37. 39
— — potuit episcopatus et ecclesias, prout voluit fundare, et leges eis praescribere.	40. 52
— — ius bellum indicendi, gerendi, et pace componendi habebat.	43
— — ius leges ferendi habebat.	43. fqq.
<i>Strigoniensis Archiepiscopus S. Stephanum</i> coronavit	25
<i>Strigonii S. Stephanus</i> natus, baptifatus, coronatus	25. i)
<i>Szilagyi (Michael)</i> armis et vi <i>Matthiam Coruinum</i> ad regnum promouet.	153

T.

<i>Tburzo (Alexius)</i> fundos <i>Zapolyanos</i> accipit.	144. not.
<i>Tomoraeus (Paullus)</i> caussa cladis apud <i>Mohacs</i> anno 1526. hausta.	145
<i>Toxus</i> pater omnium fere Hungariae regum,	58. 60. n)
— homo ferox	9. not.
<i>Transilvania</i> principatus hereditarius.	157.
<i>Tubero (Ludouicus)</i> a prudentia et aequitate laudatur.	14. x) 140. k)
<i>Tubutun</i> primus <i>Transilvaniae</i> <i>Waivoda</i> .	8. f. k)



<i>Turcae Hungari</i> vocantur a quibus.	pag. I
— eorum antiqua historia vnde haurienda.	3. d)



V. W.


<i>Velins</i> (<i>Casp. Vrsin.</i>) exponit coronationem Ferdinandi I. Imperat.	146. s)
<i>Vice comites</i> aetate S. Stephani erant.	16
<i>Urbes liberae</i> et regiae a quo conduntur, et priuilegia accipiunt.	56
— — quando primae conditae.	56
— — non accesserunt ad conpirationem anno 1505. procuratam.	136. e)
<i>Waivodae</i> quot apud Hungaros primos.	11. f.
— — subiecti erant ducibus Hungariae.	7. 81
— — eorum potestas erat hereditaria.	10
— — non omnes liberi eis in Waivodatu succedebant.	11. not.
<i>Waivodatus</i> septem vbi quaerendi.	15. 16. x)
<i>Werböczii</i> (<i>Steph.</i>) hallucinationes notantur.	27. 30. u)
— — opinio probatur.	46. f. 51
— — opinio probatur.	12. p)
<i>Wiedemann</i> (<i>Beatus</i>) laudatur.	59. not. 123. k)
— — ius Ferdinandi I. in regnum Hungariae solide scripto vindicat	59. not.
<i>Wladislaus I.</i> imprudenter in regem Hungariae electus.	130
— — II. opera Beaticis regnum Hungar. consequitur.	132
— — non consentit in conpirationem anni 1505.	136
— — quibus legibus cum Maximiliano I. adfinitatem iniit.	137. 139
— — mors notatur et egestas.	112



Z.

<i>Zápolyæ</i> gesta et fraudes	113. 144
— nihil iuris in regnum Hungar. habebat.	155. 162
— insidias Ludouico II. struxit, eiusque interitum promouit.	113. sqq.
— Ludouico II. omni modo nocere studuit.	<i>ibid.</i>
— recedit a conspiratione anno 1505. inita.	138. i)
— Turcico iugo subiicit Hungariam.	145. f.
— electio eius in regem Hungariae vitiosa.	146. f.
— quando titulum regis Hungariae legitime est consecutus.	162
<i>Zermegh</i> (<i>Ioannes</i>) describit bellum inter Ferdin. I. et Zápolyum gestum.	146. s)
<i>Zventiboldus</i> Mahiarenlis ab Hungaris deuictus.	4.





JN
1687
B46

Benczur, József
Evsepii Verini commentatio
ivridica critica de hereditario
ivre

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

UTL AT DOWNSVIEW



D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 12 08 03 14 008 7